DIRECTORIVM IVDICVM ECCLESIASTICI fori, in varias bipartitũ resolutiones.

TAM PRÆSVLIBVS & principibus, quàm quibusuis alijs iudiciale munus gerentibus, perquàm vtile & necessarium.

DOCTORE IOANNE SEGVRA DAVALOS Vbetensi Iurisconsulto Authore, ac ibidem in sacro insigniq; Sacello Diui Iacobi Capellano maiori, qui nunc apud Madritium visitationis munere fungitur.



MADRITI.
Apud viduam Alfonsi Gomezij Regij Typographi
Anno, M. D, LXXXV.

YO Miguel de Ondarça çauala eſcriuano de camara de ſu Mageſtad, de los que reſiden en ſu conſejo: doy fe que en la villa de Madrid, a nueue dias del mes de março de mil e quinientos y ochenta e cinco años, los ſeñores del conſejo de ſu Mageſtad: auiendo viſto vn libro intitulado Directorium iudicum eccleſiaſtici fori, compueſto por el Doctor Segura Dauals. Taſaron a tres marauedis cada pliego del dicho libro: y le dieron licēcia para que lo pueda vender al dicho precio. Y mandaron que eſta taſa ſe pōga al principio de cada cuerpo del dicho libro para que conſte dello, y de pedimiento del dicho Doctor Segura Daualos, y mandado de los dichos ſeñores, di eſta fee, que es fecha en Madrid, dia mes y año arriua dicho, y en fee dello lo firme de mi nombre.

Miguel de Ondarça çauala.

Errata.

3.2.1.6. præmittant præmitam. 7.2.1.0. factum, factū. 11, factus, fastus. 14.2.1.8. quid, quod. 10. mentem ment . 13: veræ verè. 29.2. 3. committantur comitantur. 5. Cura Curia. 30.1. 1. concede, conde. 5. indecuos, indeuicos. 6. dicatur. decidatur. 31.1.1.9. tepide lepidè, 31.2. 4. & hic, ethicor. 11. vindicauit vindicabit. 32.2.16. profusus, profusius, 33.2. 2. sumas, sumus. 34.2.16. cap. Codice. 35.2. 1, relinquitur, relinquuntur. 35. 2. atque. amici atquè coniuncti. amicos, atquè coniunctos. 36.1. 1 censentur. 7. Prætores. Prætorum. 37, 1. atque. partim, pars, pen. præcedentis procedentis. 37.2.1 2. sumitur. sumuntur, 18. dilu. diluci, 40.2.8. gloriarum, glossarum. 41.2.10 tit. 22. & tit. 22. par. 3. & latè Boss. vbi supra &. 41.2. pen. initiam, iustitiam. 43.2. 5. facto, quod facto. ibidem resarciri, resarcire. 43.2.10. iniuriam iniuria 45.1.12. an, lan. 45.2. 4. vtrunque, vtcumque. 46.2.1 5. discerne re., decernere. pen. tus tuus. 47.2.1. 8. ad, ab. 48.1. vlti. episcopi. episcopus. 49.1. vlti se eligendos, seligendos. 49.2. 1. debet debent. 7. vnquā, numquam. 54.2. 4. ægenibus egenis. 59.1.7. cum in. cum. M. 60.2.1. immunitate, immanitate. 62.1. 13. quibus, qui, 65.1. 6. & ex. 12. vti ve ex. 12. vti vo. 65.2.8. consulta consueta. 12. distinctionē, distinctione. 66. 1. 15. superuis, superius. atque. qui quia 67.1.8. teneatur. teneantur. 67.2. 8. occasio, accessio. 14. tus. tur. 68.2.20. & commorantur, ibi comedunt, & commorantur. 69.1. 6. se eligatur. seligatur. 10. commutitur. committitur. 12. abligatione, obligatione. 69.2.17. percipit præcipit. 20. asseruare, asseruere 71.1. vlti. habeat, habeant. 19. iurisperitum, inrisperitus. 72.1.10. omisionis amisionis. 72.1.13. assessoris. assessorias. 72.2.16. iudiciaria iudiciariæ. 77. 2.17. serueritate, seueritate. 17. seueritas seueritatis. 78.1.1. delectis, delictis, 79.1.3. pestandus pectandus. 8. reales realis. 82.1. pen. stralutur, strahuntur 85.1.8 principium, præcipuū. 86.2.4. ligotores, litigatores. 95.1.3. Menoch, Menchac. 111.1. vlti dicet dicit. 116.2.14. neglexerint neglexerit. 121.2.20. possunt possum. 128.1.13. vindicare. vendicare. 138.2. 19. constauerit, constiterit 140.1. 11. discernere decernere, 151.2.1 8. tes, tis. 156.1. vlti. excusa excu. 157.1. antep. tificium tificum. 157.2 1 7. quibusmodis ius pat. sol. de capit. dimin. 160.1.11. abijciet. obijciet. 176.2.5. constauerit. constiterit. 180.2. 15. sentia. sententia. 214.1. 8. prædictæ prædictas 13. liti. lati. 214.2. 4. hi hos. 218.2. pen. natant. notant. 222.1.1.1 2. tutori tutiori. 223.2.15. ab. ob. 224. 2. pen. dic. cum. dic c. cum.

Muy poderoso señor.

EL Doctor Rojas, abogado desta Corte dize, que por mandado de vuestra Alteza, el ha visto y examinado vn libro que se le cometio, que ha escrito el Doctor Segura Daualos visitador desta villa y su partido, intitulado, Directoriũ iudicum Ecclesiastici fori. El qual tiene muchas cosas, muy vtiles y necessarias para el juyzio Ecclesiastico, y para los juezes, y Abogados: y muy bien fundadas, y con buena orden e distinction: y otras tocantes a algunas decisiones del Sacro Concilio, especialmente, en materia de matrimonios: Y todo le parece ser vtil y bien ordenado y fundado: y que por esto siendo vuestra Alteza seruido, se le puede dar licencia para que imprima el dicho libro.

El Doctor
Rojas.

EL REY.

POR quanto, por parte de vos el doctor Segura Daualos Viſitador de la villa de Madrid, y vezino de la ciudad de Vbeda, nos ha ſido hecha relacion, que vos auiades compueſto vn libro intitulado Directorium iudicũ Eccleſiaſtici fori: el qual os auia coſtado mucho trauajo, y era de mucha vtilidad y prouecho para las perſonas que del ſe quiſieſſen aprouechar: y nos pediſtes y ſuplicaſtes os mandaſſemos dar licencia y facultad para le poder imprimir y vender, y præuilegio por tiempo de veynte años, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, y como por ſu mãdado ſe hizieron las diligencias que la pragmatica por nos hecha ſobre ello diſpone, fue acordado que deuiamos mãdar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razon: e yo tuuelo por bien: Por la qual vos damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años primeros ſiguiẽtes, que corren y ſe quentan deſde el dia de la data della, vos o la perſona que vueſtro poder ouiere, podays imprimir y vender el dicho libro, que de ſuſo ſe haze mencion en eſtos nueſtros Reynos. Y por la preſente damos licencia y facultad a qualquier impreſſor de los que vos nombraredes: para que por eſta vez le pueda imprimir por el original, que enel nueſtro conſejo ſe vio, que van rubricadas las planas y firmado al fin del de Miguel de Ondarça çauala nueſtro eſcriuano de camara de los que enel nueſtro Conſejo reſiden: y conq̃ antes que ſe venda le trayays ante los del nueſtro Conſejo, juntamente con el dicho

cho

cho original,para que se vea si la dicha impresiõ està cõforme a el,o trayays fee en publica forma en como por el corrector por nos nombrado se vio y corrigio la dicha impression con el original, y se imprimio conforme a el y quedan assi mismo impressas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que assi fueren impressos,y se os tase el precio que por cada volumen ouieredes de auer,so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nuestros Reynos,y mãdamos que durante el dicho tiempo, persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir ni vender, so pena que el que le imprimiere o vendiere a ya perdido y pierda todos e qualesquier libros, y moldes q̃ del tuniere y vendiere en estos nuestros Reynos,e incurra en pena de cinquenta mil marauedis,la tercera parte para la persona que lo denunciare,y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara y fisco. Y mandadas a los del nuestro Consejo, Presidẽte e oydores de las nuestras audiencias,Alcaldes,alguaziles de la nuestra casa y corte,y chancillerias,y a todas las justicias e juezes de nuestros Reynos y señorios, que os guarden y cumplan,y hagan guardar y cumplir esta nuestra cedula y merced,y contra ella no vayan ni passen en manera alguna: so pena de la nuestra merced y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Fecha en sant Lorenço,a onze dias del mes de Septiembre, de mil y quinientos y ochenta y quatro años.

YO EL REY.

Illustrissimo ac generosissimo D. D. Gasparo de Quiroga, Sacrosancta Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali, Archiepiscopo Toletano, Maximoq; Castellæ Cancellario, supremiquè Senatus Sanctæ Generalis Inquisitionis præsidi vigilantissimo, Ioãnes Segura Dauallos eius Visitator.

NON opus michi fuit, Præsul Ecclesiæ illustrissime, diu cogitare, sub cuius auspicijs, ad manus hominum nostrum hoc prodiret opus, tum quia ipsius Author, sub tuo etiam militat præsidio, tuoq; obsequio ac visitationis muneri Iã diu inuigilat, tum etiam quia exteri & qui te nusquàm norunt, ob tui generis præclarissimam nobilitatem, singularemquè prudenciam, ac ingens dignitatis tuæ pondus præstantissimiquè ingenij tui splendorem cęteraquè virtutum ornamenta, quã plurimos dicarunt libros. Vnde ipse (licèt mi-

nimus omnium) iustius hoc tibi cõsecrare illico constitui: eoqué potissimum, quia nihil rectê inchoatur, nisi post Deum fauerit Princeps: tum præcipuê quia existimo, hoc nostrum directorium tibi gratum ac iocundum quouisquè alio conducibilius fore: quia de iudicũ (fori præsertim Ecclesiastici) exacta creatione in eo mirè discutitur, dequè analytica iudicandi norma diligenter tractatur. Adquè nonnullas inibi quæstiones euigilantiori studio explanamus, eas presertim quæ ad matrimoniorũ verã praxim post Cõci. Trid. decretũ expectarant. Ideo vt tutius inter homines opusculum hoc versari queat, ab humili famulo suscipe generosissime Antistes, & ea qua soles benignitate amplectere & authoritate defende, vt potius nostros labores (te fauente ac patrocinante) homines imitari quâm liuore rodere ac subsanare discant.

CAPITVLORVM Summaria quæ in prima & secunda Directorij parte continentur, pro faciliori eorũ in dagatione, hic epilogare libuit capi. ex prima Directorij parte.

INITIVM.

¶ De

CAPITA ex ſecunda Directorij parte.

DIRECTORII IVDICVM Ecclesiastici fori.

PRIMA PARS.

SVMMARIA EX INITIO primæ partis.

AD iudicandi culmen & dignitatem, non vtique omnes assumendi sunt.

2 *Iudicare, honor & dignitas est.*

3 *Iudex potissima pars, basis ac fundamentum, duxque & Imperaror Iuditij vocatur.*

4 *Ad officia iustitiæ ministranda, extollendi sunt, & promouendi, qui meritorum fulgent insignijs.*

5 *Diui Bernardi mirabile dictum enarratur circa iudicum promotionem, aptè peragendam.*

6 *Defectus etiam enumerantur, quibus iudicãdi aliquis incapax efficitur.*

7 *Sunt & alij defectus, quibus á re iudiciaria, de honestate & consilio, aliqui expellendi sunt.*

Initium primæ partis.

ADiudicãdi culmen & dignitatẽ, non vtiq; oẽs assumendi sunt, sed hij tantũ quibus ea quæ in hac parte prænotanda venerint, vel eorum maxima pars conuenire videbuntur. Ideo cautos vellem esse Præsules oẽs, atq; eis libenter cõsulerem, vt in associãdis sibi iudicibus, nihil prætermittãt, ex his quæ iure optimo, pro bonõ sui vniuscuiusq; gregis regimine, ad hoc spectare dignoscũtur. Itaq; inutilibus prætermissis, ea tantũ adferre curabo, quæ ad quotidianã & forensem praxim, magis cõducere videbuntur.

Si autem de multiplici iudicum Ecclesiastici fori differentia, deq; eorum diffusa iurisdictione acturi essemus, lata via nobis aperiretur, diuturnoq; labore etiam opus esset, quod veluti quæstionem de nomine missum facimus.

2 Veruntamen, quia iudicare honor & dignitas est, iux. tex. in. l. omnem honorem. C. quando prouo. non est necesse. Et in. c. vt debitus honor de appel. Traditq; Rota in nouis decis. 442. Et no

tat

tat *Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quæst. 41. nu. 1.* *Iudexq; potissima pars basis ac fundamentum,* 3
duxq; & Imperator iudicij vocatur, vt Bal. pulchrè docet, in Rub. C. si à nõ cõpetẽ. iud. in fi. Ideo magis scire oportebit quales hij debeãt esse iudices nè Præsules in eorũ promotionibus decipiantur.

Verũ enimuero vnũ hoc persuasum habeo, qđ si eos qui fauoribus, & alijs artibus hinc inde quæsitis, ad hoc munus promoueri cõtendũt, expellere eniterẽtur, nõ enim eis opus esset hoc nr̃o labore.

Propterea autẽ in primis de qualitatibus iudicũ in genere disserere libuit, vt singulas postmodum discutiamus partes. In concedendis his officijs, merita præcedẽtia sunt considerãda, & vita laudabilis meritorum, est iusta causa dignitatis tribuẽdæ, vt elegãter tradit Io. de Pla. in. l. Agẽtes in rebus. C. de agent. in reb. lib. 12. Nam fides, diuturna industria, veterata militia, probitas commendat officialem, vt idẽ Io. de Plat. adnotauit in. l. proximos. C. de proxi. sacro. lib. 12. Et iuxta. l. 2. C. de castren. pecul. ad officia ministrãda extollendi sunt & promouendi, qui meritorũ fulgent insignijs. Adde Io. Pirrhũ in. l. imperi-

tia. de reg. iu. vbi boni ac recti iudicis sex requisita recenset, nempè, peritiam, bonitatem, constantiam, diligentiam, eloquentiam, prudentiã, quas etiam refert NeuiZa. in Sylua nup. lib. 5. nu. 91. Sed tu vide. l. 3. tit. 4. par. 3. & l. 18. tit. 9. part. 2. vbi aliæ qualitates in iudice non minus necessariæ adnumerantur, quas omnes eleganter epilo-
5 *gat. D. Bernardus lib. 4. de consid. ad Eugeniũ col. 4. & 5. dum de promotione legati Sedis Apostolicæ disserit. Et quia in promouendis iudicibus Ecclesiastici fori, commodè adaptari queũt, hìc referre placuit. Inquit doctor egregius. Quærendi sunt quibus nec defectus timeatur, nec profectus optetur, vt poté iã perfectus. Itaq; non volentes, nec currentes assumito, sed cunctãtes & renuentes, etiam coge illos & compelle intrare. In talibus (vt opinor) requiescet spiritus tuùs, qui non sunt attritæ frontis, sed verecundi, sed timorati, qui præter Dominum timeant nihil, nihil sperent nisi à Deo, qui aduentantium nõ manus attendãt, sed necessitates, qui stent viriliter pro afflictis, & iudicent pro æquitate, pro mansuetis terræ, qui sunt compositi ad mores,*

probati ad sanctimoniam. Mansueti ad patientiam, subiecti ad disciplinam, rigidi ad cẽsuram, catholici ad fidem, fideles ad disciplinam, concordes ad pacem, conformes ad vtilitatem. Qui sunt in iudicio recti, in consilio prouidi, in iubendo discreti, in disponendo industrij, in agẽdo strenui, in loquendo modesti &c. Ecce Præsules optimi, verba aurea, & satis notabilia sancti Doctoris. Quæ obsecro, corde & animo in promouendis iudicibus perpendere velitis, nec vobis opus erit ad vlteriora progredi, nec amplius hũc nostrum libellum perlegere.

Veruntamen pro faciliori cognitione, & memoria eorũ quæ sparsim inferius dicturi sumus, sub breui compendio ommissis iuribus & scribẽtium auctoritatibus, summatim præmittãt, quot & quales sint defectus, quibus iuridicundo aliquis in capax efficitur, vt iudicum promotores sint in omnibus cauti & satis præmuniti.

Et ex vtriusq; iuris discursu cõperimus, quòd aliqui natura, aliqui lege, aliqui moribus, nè iudices fiant prohibentur. 6

Natura vt mutuus, surdus, perpetuus mente-

captus, & impubes, & alij qui animi iudicio & intellectu carent, vel saltem illum habēt impeditum. Lege, qui ob aliquam eorum culpam prohibiti sunt, prout sunt excommunicati, interdicti, relegati, banniti, notorij incestuosi, raptores, malefici, hæretici, scismatici, iudei, & alij qui iure Cæsareo, & Pontificio infames reputantur. Moribus, veluti serui, religiosi, monachi, laici, fæminæ & similes, qui etiam iure prohibentur.

7 *Sunt & alij multi, quos de congruitate & cōsilio iudices constituere minimè licet, vt minores viginti & sex annorum, infimi natalis, illiterati cupidi, non timoratæ conscientiæ, subtilizantes, improbis moribus, originarij, sacris ordinibus nō initiati, & huiusmodi. Sed ex his omnibus solummodo differam id quod magis opportunū, ac in praxi conducibilius videbitur.*

Summaria ex cap. sequenti.

1 *Controuersia inter iurium doctores circa iudicum ætatem resolutè traditur.*

2 *AEtas viginti annorum tam iure partitarum quàm*

regio

regio, in ordinarijs ac delegatis iudicibus indifferenter requiritur.

3 *AEtas ſaltim viginti & ſex annorum de iure nouiſſimo in literatis requiritur.*

4 *AEtas viginti annorum à iure regio & partitarum requiſita, quoad iudices non literatos locum obtinet.*

5 *AEtas viginti & ſex annorum in electionibus iudicum Eccleſiaſticorum à Præſulibus ſeruanda.*

¶ De ætate iudicum Eccleſiaſticorum requiſita reſolutê agitur Cap. 1.

QVibus autem in genere prænotatis, deſcendam in primis ad ætatem iudicum Eccleſiæ dilucidandam, quam breuiter expediam, cum ſit materia parum vtillis, in qua Præſules vt plurimum haud errare aſſueſcunt. De iure ciuili variæ ſunt opiniones circa iudicum ætatem, vt per tex. & ibi docto. in l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. & per Specul. in tit. de iudi. deleg. §. excipi, verbo. quod minor.

Eadem

Eademq; oritur controuersia inter doct. Iuris canonici in decretali sumpta ex eadem.l. in cap. cum vigesimum de officio & po.iud. deleg. Et And. Tiraq. multa cumulat circa iudicũ ætatem in præfat. tractatus de primoge. nu. 162. cũ seq. Adde Rebuffum de pacifi.poss.4.limita. De iure verò partitarũ, vt in.l.5.tit.4.part.3.in iudicibus delegatis & ordinarijs viginti annorũ ætas indifferenter requiritur, eademq́; optatur à
2 *l.3.tit.9.l.3.nouæ colecti. cum quibusdam annotationibus circa iudicẽ delegatum, quæ tanquã inutiles & sine aliquo effectu sublatæ nouissimè inueniuntur, per.l.2.eod.tit. & lib.dict. collecti. qua cauetur ætatem ad minus viginti & sex an*
3 *norum requiri in quocunq; iudice literato. Et licèt supracitata.l.2.ita distinctè & clarè loquatur, Greg. Lopez in glo.d.l.5.par.dixit eam legem solummodo intelligendam fore in homini*
4 *bus iuristis, &. d.l. part. incorrectam remanere quo ad milites non literatos, qui per alios locum suum tenentes iudicare habẽt, quam refert & sequitur Olan. Antinomiar. in epilogo nu.22. pag.255. quod etiam praxis recepit & admisit.*

Et

Et miror quidem, quare dicta l. 2. ita strictè loquatur, vt vltra iudices literatos extensionem minimè patiatur, cum potius extendi deberet ad equites qui in prouincijs & territorijs prætores à Rege creantur, in quibus eadem vel mayor ætas meritò exigenda esset, nam eis ea quæ sunt guber nationis potissimum incumbunt. quæ longissimi temporis experimēto potiusquā literis, vel diuturni tēporis studio acquiri cōpertissimūest. Et vt infra late disseram, in iudice non literato iudicandi peritia longaq; causarum consuetudo requiritur, quæ sub tam teneribus annis haud acquirere poterunt, sicq; iā senescentes æquites promoueri & in Prætores ciuitatum extolli passim vidimus. Et iurisperitos quos hi Correctores ad iudicandum sibi associant iuuenes admodum, ne dicam cupidos & in cautos aliquando preponere solent, cum non iuuenis sed Senex bonus erit iudex, dicat Plato. lib. 3. de repub. 5

Quæ ætas à Præsulibus summopere seruanda esset, dum se eligere aliquos curant, vt iuridicundo præsint, siquidem ius canonicum in hoc iuri ciuili vt plurimum conuenerit, & sæpe ius regium

amplectatur, vt in cap. cũ deuotissima. 12. q. 2. gl. c. cum venissent, de eo qui mi. impo. ca. rei ser. Et hispaniæ ecclesiastici iudices teneantur leges regias magis quam ius ciuile imitari, iuxta tradita per Ber. Diaz de Lu. in pract. ori. c. 136. & late per Burg. Pacens. in. l. 3. Taurinu. 602. cum sequentibus.

nota.

Summaria ex cap. sequenti.

1 *Iudices notabilitate præditos extollendos, esse traditur virtutes enim nobilitati famulantur.*

2 *Quo ad polyticos mores rectamq; Reipublicæ gubernationem nobiles assumendi.*

3 *Ignobiles quando dominantur nobiliores opprimere cõtendunt, vt vterq; status æqualis fiat.*

4 *Subditi ægrè ferũt prædñari à iudice infimæ natalis.*

5 *Officiales publici ex nobilioribus & ditioribus ciuitatum vicinis creandi sunt.*

6 *Pro nobilibus semper præsumitur.*

7 *Solam virtutẽ nobilitatem esse cætera autẽ fortunã.*

8 *Nobilitas in electionibus aliquando nõ est attẽdẽda.*

9 *Nobilitas & potentia media potius attendenda est.*

¶ Nobiles ad rem iudiciariam an assumendi sint: accuratè dilucidatur.

Cap. 2.

Elabo-

Elaborent insuper associari sibi iudices nobilitate præditos, nam prudentia, industria, affabilitas, magnanimitas, magnificentia, docilitas, & omnes deniq; virtutes in bono & iusto iudice requisitæ, nobilitati famulantur, vt per optimas cõsiderationes probat Cassaneus in Cathal. gl. mu. 8. part. consi. 3 2. cũ sequ. & Io. de Selua in tract. de benef. 3. part. q. 7. pag. 5. & quo ad polyticos mores rectamq; Reipub. gubernationem hi nempe assumendi sunt, nam de vili loco assumpti ad principatum vt pluries lædunt politiã, vt Sanct. Thomas ostendit lib. 4. de regi. princi. Et hoc ratione demonstrat. D. Frã. Sarm. episcopus Gien. selectarum lib. 4. cap. 1 6. dicens quod quãdo ignobiles dominantur, semper conantur nobiliores opprimere, vt vterq; status æqualis fiat. Secus autem in iudice nobili, quia nulla est causa ob quam inuideat humilioribus, nam inuidia non humiliora insequitur. Vnde Soto de iustit. & iure libr. 3. quæst. 6. artic. 4. 6. conclusione in fin. merito dixit, in magistratibus creandis generis nobilitatẽ existimãdam esse, quia splendorem & auctoritatis pondus secũ ad fert.

(margin: 1, 2, 3)

Alia autem non minus efficaci ratione idip-
4 *sum roboratur, nam subditi ægrè & impatienter ferunt prædominari siue ab eo iudice iudicari, quo forsan alumni eorum melioris existunt cõditionis, quod etiam lege partitæ fulcitur. 18. tit. 9. par. 2. quæ referens partes iudicum requisitas, hanc veluti primam & principaliorem, his verbis recenset. Primeramente ser de buen linage para tener vergueça de no herrar. Et in Deuteron. habetur. Eligite ex vobis viros sapientes & nobiles, vt sint tribuni, ad id faciũt verba illa auth. præsides. C. de episcopi aud. Præsides inquit gentium per quamcunq; ciuitatem præpa-*
5 *rent homines non vilissimos, sed nobiliores ciuitatum, officiales namq́ publici ex nobilioribus & ditioribus ciuitatum vicinis creandi sunt, vt habetur in auth. de defens. ciuitatum. §. inter, coll. 9. & in. l. honores. § si is qui, ff. de decur. Vnde Archit. Pithag. inquit, administrare imperium ad meliores pertinet, obedire autem ad deteriores.*

Quod quidem in iudicum ecclesiasticorum electionibus prorsus obseruari deberet, cum regale sit

le ſit ſacerdotium & genus electum, & iuriſdictio eorum circa ardua, & magni ponderis, & vt plurimum circa animarum ſalutem verſetur.

Et ex eo etiam id obſeruãdum erit, quia pro nobilibus ſemper præſumitur, iuxta tex. in. l. puppillus. §. ſed & ſi per interpoſitã. ff. de auct. Tut. & glo. ſing. in cap. illud. 40. dist. notat Alberi. in. l. 2. §. quæ omnia. C. de vet. iure enucl. Adeò quod conſtituens in ſui locum nobilem aliquem, etiam ſi proditionem commiſſerit excuſatur, vt per Io. And. in addit. ad Spec. tit. de loca. §. 1. & Oldrad. conſi. 94. & Barb. conſi. 35. 2. vol. & omnes id communiter fatentur. 6

At ne in aliquã ſuſpicionem incidamus, aduertẽdum duximus quod magis eſt meum quod per meam virtutem & probitatem acquiro, quã illud quod per anteceſſores habeo, iuxta gl. in. l. ſi quid in bello, verbo erat, ff. de capt. & postli. reuers. Et Phalaris in quadã ſua epiſtola inquit. Ego ſolam virtutem nobilitatẽ ſcio, cætera omnia fortunam. Et Apoſtolus ad Corinth. 1. 7
Videte (inquit) vocationem veſtram fratres, nõ

multi nobiles, non multi potentes, non multi sapientes, sed quæ ignobilia, & contemptibilia sunt elegit Deus vt confundat fortia. Adde tex. cum gl. in cap. quoniam vetus. 24. q. 1. ex quo deducitur, nobilitatem in electionibus non esse attendẽdam, & innuit ibi glo. quod cum duo de electio-
8 *ne Pontificatus decertarent, & vnus ignobilitatem alterius allegaret, alius ex aduerso respõdit, piscatori Petro fabri filio successorem quærimus non augusto, & concludit, quod nobilitas factũ factus litem parit. Alia multa pro hac parte adduci possunt, quæ omittimus, nam omnia ista lõga varietas miscuit & sursum & deorsum fortuna aduersabit.*

Postremo hoc non ommittendum duximus
9 *quod ex opin. Greg. Lop. in. l. 2. tit. 9. par. 2. glo. verb. nobiles homes, moderãda supradicta sunt, ita vt intelligãtur de nobilitate & potentia media, nõ autẽ de maxima, ne ad officia dedignentur, & nec ex magna potentia in illicita prorrũpãt, nam mediũ est eligendum atq; inter vtrũq; probamus, vt habetur in auth. de Trien. & semiss. col. 3. & facit ad id supra di. l. partitæ in*

illis

illis verbis, de los homes medianos catādo primeramente que sean de buen logar, e leales e de buē seso, e que ayan algo.

¶Summaria ex Cap. sequenti.

1 *Scientia in iudice bono & æquo per quam necessaria est.*

2 *Data paritate in scientia, præponitur ille qui est de meliori sanguine.*

3 *Ad officia ad quæ soli nobiles admttuntur literati etiam admitti debent.*

4 *Literati qui ex vniuersitatis priuilegio nobilitatis prærogatiua frui debent, ad officia nobilium & non alij admitti debent.*

5 *Nobilitas seu potentia non supplet literarum defectū.*

6 *In assumendis iudicibus vltra scientiam requisitam, gradus approbatæ vniuersitatis attendi debent.*

7 *Prælati, magistri, licenciati, siue doctores, in sacra Theologia vel iure canonico promoti esse debent.*

8 *Idem seruandum in eorum officialibus & delegatis iudicibus.*

9 *Matrimonialium causarum cognitio commiti etiam potest iudicibus inferioribus.*

10 *Rura*

10 *Ruralibus siue pedaneis iudicibus sufficit habere iudicandi peritiam.*

11 *In prima instantia nemo conueniendus in capite diocæseos.*

12 *Præsulum deceptio in cōcedendis delegationibus suis inferioribus iudicibus adnotatur.*

13 *Bacchalaurei penitus ignari rei, iudiciariæ haud præficiendi aduersus quos inuehit auctor.*

14 *Gradus laurea qui indebitè decorantur, lætaliter peccant.*

15 *Doctores academiarum, an indignos laurea ad eam approbantes læthaliter peccent, & quomodo iurare teneantur.*

16 *Iudicandi munus qui indebitè susceperint, etiam læthaliter peccare ostenditur.*

17 *Nemo Iuridicundo assumendus, ni prius exacte inquiratur de eius sufficiencia, vtrum sit consona & gradibus conueniens.*

18 *Graduati in Academijs, quæ nobilitatis prærogatiua funguntur, haud opus est quod profiteantur, iudicent siue patrocinentur, vt attributorum solutione sint in munes.*

19 *Graduati in vniuersitatibus, quæ nobilitatis priuillegio fruuntur rigurosum examen subire tenentur:*

20 *Licentiatus cum rigore examinis præferendus est doctori aliter graduato.*

21 *Graduatos cum rigore examinis in præcitatis Academijs ad rem iudiciariam ab episcopis absq; examine fore assumendos.*

22 *Literas addiscere seu gradibus decorari extra Hispaniarum regna lege Regia prohibetur.*

23 *Gradus per rescripta lege Regia, & Motus proprij decissionibus prohibentur.*

24 *Gradus laurea decorandi, alteri iurium strenue inuigilasse sufficit.*

25 *Canonistam non pudeat in materia legali consulere legistam, & ê contra.*

¶An iudices ecclesiastici literati esse debeant, deq; eorum sufficientia, & graduũ prærogatiua? Cap. 3.

SEd parũ refert nobiles, ingenuosq; iudices extulisse, si scientia requisita ad iudicandum carere debent, quæ vt potissima in iudice bono & æquo per quã necessaria est. Vnde Boetius lib. 1. de consol. Beatam appellat rempublicã, cui Princeps sapiens dominatur, cæteris autem paribus nobilibus prælatio debetur, vt probat Bald. in. l. nemini circa fi. ff. de Aduo. diue. iud. dicẽs quod 1 2

C data

data paritate in ſcientia, præponitur ille qui eſt de meliori ſanguine, nam cæteris paribus potentior & ditior præponitur, iuxta tradita per Philip. Dec. in cap. conſtitutus de appellat. Vide latè per Palatiũ Rub. in repet. rub. §. 9. n. 9. Et hoc procedit etiam ſi literati dicantur nobiles, iuxta glo ſing. in. l. prohibendum, C. de poſtul. & in electionibus beneficiorum nobilibus adæquẽtur, per tex. & doct. ibi in. c. de multa, de præbendis: ſed nobilis literatus duplici nobilitatur vinculo, ſanguinis ſcilicet, & ſcientiæ.

Vnde ſit quod ad officia ad quæ ſoli nobiles
3 *admittuntur, ex conſuetudine, lege, vel ſtatuto, admitti etiam debent literati, vt aſſerit Montaluus in. l. 6. tit. 9. par. 5. Idem Io. de Pla. in. l. 1. C. de Cond. & pub. horreis lib. 10. in fi. adde glo. ſing. in. l. ſocietas, verbo ſuppleat. ff. pro ſocio. Vbi literati vt nobiles admittũtur in canonicos.*

4 *Sed crederem eos tantum literatos admittendos fore ad officia, ad quæ ſoli nobiles admittuntur, qui ex vniuerſitatis priuilegio nobilitatis prærogatiua frui debent, veluti qui doctoratus ſeu licẽtiæ laurea inſigniti ſunt in Academijs. Salm. Valliſoleti,*

Vallisoleti, Cōpluti. vel graduati in insigni Hispanorum collegio Bononiæ, vt latè inferius dicetur, num. 18. Et aduertendum est quod nobili- 5 *tas siue potentia non supplet defectum literarū in clericis, vt eleganter notat Bald. in. l. in dando ff. de Tut. & curat. dan. à bis.*

Quibus prænotatis, illiteratus quicunq; ille sit, iudicem promoueri non æquum esset iux. glo. sing. in cap. fi. de re iud. lib. 6. & tex. iuncta glo. in cap. 1. de consang. & affi. Et quia vt inquit Card. in Clemen. cum sit, de magistris num. 23. Imperiti non sunt præficiendi, nam impossibile est vt alios vtiliter regat, quem proprius subuertit error, vt tradit Lucas de Pe. in. l. filios. C. decurio. lib. decimo. nota.

Quocirca inter doctores iuris ciuilis satis cōtrouerti solet, in. l. certi iuris. C. de iudi. Et hanc materiam pro vtraq; parte latissimè discutit Menoch. consi. 100. à num. 238. vsq; ad numerum. 258. Sed Alber. in. d. l. asserit literaturā de iure canonico requiri, cui mire consonat. l. 3. titul. 4. part. 3. vt patet ex ipsius verbis ibi. Que ayan sabiduria para

juzgar

juzgar los pleytos derechamente, cum qua concordat. l. 2. tit. 4. lib. 2 nouæ collect. dum dicit, q̃ sean personas sabios, viejos expertos, y doctos en las leyes y derechos.

Quæ leges licet loquãtur circa supremi Senatus iudices constituendos per prag. Regum catholicorum quæ hodie est. 2. tit. 9. lib. 3. dictæ collect. generaliter & indistinctè requiritur vt possit aliquis officiũ iurisdictionale exercere, quod per decenniũ in aliqua Vniuersitate approbata moram fecerit, ius Cæsareum vel Pontificium addiscendo, quod totius Regni experimento cõprobatum vidimus in iuris peritis iudicibus eligendis.

Tamen quia dubitari potest, qualis & quanta deberet esse hæc scientia, & in examine possent mille errores interuenire meritò moderatũ fuit tempus studij per dictam prag. hodie aũt ad gradus solummodo attenditur, qui quidem in regni
6 *gymnasijs conferuntur secundum vniuscuiusq; vniuersitatis statuta, & gradus prærogatiua designati ad rem iustitiariam agendam, assumuntur, & non alij, etiam si per decennium in*

vtroq; iure versati fuerint.

Quod obseruari vtiq; deberet in electionibus Præsulum, nam licet per tex. in cap. cum in cunctis de electione innouatum. 1. par. Con. Trid. Sess. 7. cap. 1. de Reform. Scientia commendabilis in prælato exigatur, in secũda vero parte eiusdem concilij sess. 22. cap. 2. Magistri, licentiati siue doctores in sacra Theologia vel iure canonico promoti esse debent in aliqua studiorum vniuersitate vt eleganter & accuratè exponit Menoch. de arbit. iud. lib. 2. casu. 425. nu. 37. 7

Quod etiam ex rationis identitate obseruãdum erit in officialibus & Vicarijs generalibus, tanquã idem tribunal cũ episcopis, & in illis etiã quibus causarum matrimonialium cognitio cõmittenda venit per tex. in. d. c. fi. de re iud. lib. 6. vbi committens Pontifex causam matrimonialẽ cuidam Abbati subiungit hæc verba. Cæterũ prudentiam tuam volumus non latere, quod nõ sunt causæ matrimoniales tractandæ per quoslibet, sed per iudices discretos, qui potestatem habẽt iudicandi, & statuta canonum non ignorent. 8

Quarum cognitio ex delegatione speciali

Episcoporum committi etiam potest iudicibus inferioribus, iuxta notata per Couarr. in. 4. 2. par. cap. 8. §. 12. n. 1. in fi. His præsertim qui in territorijs & ciuitatibus cum vniuersitate causarũ constituuntur quos etiam literatos fore non dubitatur, ex communi doctor. assertione, in cap. 1. de consangui. & affi. Et ex eo maximè quia parum ab ordinarijs distare videntur, imo loco ordinariorum habentur, iux. gl. communiter receptam in. l. si vni. ff. de re iud. notat. Ias. in. l. si duo ex tribus in prin. eod. tit. adde glo. doctores ibi in l. 1. ff. de officio eius cui mand. est iurisd. & latè Feli. in. c. causam matrimonij, de offi. & pot. iud. delegat. num. 8.

Papa autem siue Imperator poterunt delegatos iudices imperitos constituere, secus autem inferiores ab eis, iuxta opinionem Saly. in. l. certi iuris. C. de iud. quam refert & sequitur Ias. ibi num. 5. Et Corras lib. 5. miscell. iuris. cap. 19. adde Menoch. di. consi. 100. nu. 255.

10 *Rurales autem siue pedanei iudices, & alij quibus ciuiliũ, & leuiũ criminaliũ cognitio solũmodo committi solet, sufficit quod habeant*

peritiam

peritiam iudicandi, siue longam causarum consuetudinem, & hi etiam qui ad vnicam tantum causam delegati constituuntur, vt colligi facile poterit ex glo. & doct. in cap. sciscitatis de rescrip. & in. d. l. certi iuris. C. de iudicis, & ita communiter seruatur. Licet pedanei iudices ex mea sententia potiori ratione legumperiti esse deberent, quia summatim de causis cognoscunt, & tenues habent sportulas, ex quo assessores non possunt consulere, & constitui solent in locis vbi nulli vel pauci sunt literati. Vnde administrandæ iustitiæ multa pericula euenire possunt, & hæc ratio Iustinianum mouere potuit, in auth. de iudi. §. 1. vt ne iudices pedanei legum peritia carentes constituerentur decerneret.

Sed in delegationibus hisce iudicibus faciendis, oritur passim dubietas apud Antistites, nam 11
l. Regia. supra tit. 1. lib. 4. nouæ colect. stabilitum extat. in prima instantia, neminem conueniri nec citari posse in capite diœceseos præterquam in causis matrimonialibus, & criminalibus, bene 12
ficarijs et decimalibus, vnde quāpluri credūt dictas delegationes iure posse restringere ad causas solū

modo ciuiles, cæteras autem sibi suisq; officialibus reseruare, cum lex hoc minimè velit, in quo errare videntur in maximum subditorum præiuditium, qui in leuibus causis & parui momenti expensis earum, atque itinerum labore opprimuntur nimiumque depauperantur, præsertim in ciuitatibus insignibus & territorijs à diœcesum capite distantibus, vbi ex lõga consuetudine causæ omnes præter beneficiales deputatis ibi iudicibus delegari solent.

Vnde in predictis locis supradictam legem regiam ampliandam fore cupimus ad omnes causas præter beneficiales, hinc enim est quod episcopi cupiditate magis quam iure & ratione ducti in hisce locis imperitos & ignaros iudices gratis constituant, in dispendium animarum suarum, & officialium, notariorumq́;, quorum suasu persepe huic delegandi consuetudini in prædictis locis derogatur, vt facilius omnes causas ad se aduocare ac deglutiri valeant.

Cui morbo obuiandum esset ab ipsismet episcopis, iurisperitos iudices vbique promouendo, cum ampla & extensa iurisdictione, quo officiales

les ſuos importuno litium & cauſarum aceruo exonerabunt, & ignoro quidem, quo iure quaq; ratione hiſce ciuitatum & districtuum conſuetudinibus derogare queant. Ex quo etiam dicendum videtur, quòd quemadmodum cauſæ ciuiles non poſſunt ex deciſione prædictæ. l. à vocari ad caput dioceſeos: ita & in ceteris cauſis faciēdū eſt, quando ex conſuetudine legitime preſcripta vel ex ſpeciali Epiſcopi commiſsione delegati iudices earundem cognitionem habent. Quia pari ratione non habent ab officiali eiuſdem Epiſcopi abocari. Nec parbi pendendum quidem eſt, quod duæ inſtantiæ ibi conſequantur, & vtinam tres in vno quoq; epiſcopatu conſequi poſſent, quia in ſubditorum fauorem, & Epiſcopi etiam eſſet, cū ex eo duarum vel trium conformium executio daretur.

Et vtiq; exiſtimo apud Deum minime excuſandos fore, ſi forſan dixerint literatos iudices haud inuenire poſſe, quia ſi hos inquirerent eis ſalaria debita offerendo, ac data fide quam citius potuerint ad altiora aſſumendi, & in vacatione beneficiorum alijs alumnis & conſobrinis proti-

nus præferendi, crederem profecto Philippum Regem noſtrum Catholicum tales haud inuenire poſſe ſupremis ſuis naturalibus præficiendos, Præſertim cum totus orbis iam tot literatis hominibus abundet, & epiſcopatum redditus adeo excreuerint, vt horum debitis ſalarijs & alijs epiſcoporum ſumptibus ſatis ſuppetant.

Enimuerò ſi Præſules meritiſsimi hos inquirere & extollere alijsq́; præferre curauerint, O ſumme Deus, quot reipublicæ Chriſtianæ bona obuenirent, & quot homines virtuti, & ſcientiæ dediti paruo tempore euaderent? Quot nobilitate præditi à vitijs ad viam veritatis redirent? Quot pauperes, & infimi genere animum ſcientiæ & virtuti applicarent, vt quod eis defuit ex natura, ex arte, & labore abundaret? Quot inſuper malis flagitium eueniret, ſi ſcirent iudicandos, ac plectendos fore à iudicibus ſcientia & rectitudine præditos, quos nec timor, nec preces, nec pretium, nec quid deniq́; mundi à virtuti ad vitium, à iure ad iniuſtitiam moturum eſſe crederent?

13 *Veruntamen cauendos eſſe diximus quoſ-*

dam

dam titulares bacchalaureos, iuris penitus ignaros, quibus vnaquæq; diocœsis plena est, qui hoc infructifero literatorum nomine & alijs artibus, ac non exiguo conatu ad hæc officia semper anhelant, quos penitus fugere libenter consulerem, sunt enim vilissima capita, atque forensia pecora, qui nimia seueritate in criminum animaduersione passim vtuntur: & ex scandescunt aduersus reos, credentes hoc eis ex officio licere, & inanis gloriæ cupidi, hac via famam augere, & ad maiora Tribunalia ascensum sibi parare posse existimant, atque futile literatorum nomen, sic verum efficere autumant.

Et quod in his maxime dolendum est, quod gradus nomine contenti, fugiunt consulere peritiores, & in expeditione, ac decisione causarum assumere sibi assessorem recusant. Putantes si hoc fecerint, eorum famæ & opinioni iam derogatum iri, & viam ad remotionem officij parari. Quos mihi admonere libet, vt si forsan clanculum assessores sibi assumpserint, & de eorum consilio iniquam sententiam protulerint, non excusari (sicut qui imperiti sunt,)

quin faciant litem suam, imputent enim sibi qui se peritos asseruere, quia non tenentur sequi consilium Assessoris iniustum, iuxta tradita per Angelum in. l. filius familias. ff. de iudicijs numero. 10.

14 *Vnde fit hos titulares qui gradibus indebite decorantur læthaliter peccare, iuxta glo. sing. in clem. 2. de magistratis, notat Nauarr. in manua. c. 25. num. 55. Magistri etiam & Academiarum doct. similiter eos admittendo seu approbando peccabunt, vt idem Nauarr. asserit vbi supra nu. 56. Quia iurant nõ admittere ineptos ad hos gradus suscipiendos, sed in foro exteriori de periurio puniri non possunt. vt tradit Menoch. de arbitr. lib. 2. casu. 192. nu. 6. licet excusationem habere videantur, etiam in foro poli. iuxta opinionem, Bart. post Cynum in proem. ff. Vbi asserunt quid iurare tenentur de credulitate, & non de veritate, quos refert & sequitur Abb. in. c. cum proposuisti de probationibus, nu. 12. & Ias. in. l. admonendi de iur. nu. 238. Qui refutat Ang. in. l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. contrarium asserentem, cuius sententiam*

verio-

veriorem esse crederem; quando iuramentum præstatur ab his in examine sufficientiæ, secus autem si præstaretur in præsentatione ad examinãdum, ut ex Iassone ibi nu. 5. colligi potest.

Et ex eo potissimum indignos laurea, ad eam approbantes læthaliter peccare videntur, quia creditur Ecclesiam hos gradus instituisse, ut scirent homines ad quos in dubijs de iure, debeant habere recursum. Et quia simplices homines aucto nomine gradus ad eos tanquam ad Appollinis oraculum accedere solent, pro consilio circa dubia litium suarũ, & animarum salutem; qui quidem, ne despicabiles aut ignari habeantur, in aduertenter consulunt, & patrocinantur indebite. 15

Hinc etiam est, quod indignè iudicandi munus suscipiendo, peccato similiter subijciũtur, per tex. in. c. non est putanda. 1. q. 1. Notat Archid. in. c. 1. in fi. 40. dist. Et Lucas de Pen. in. l. cõtra publicam. in fi. C. de re milit. lib. 12. notant doctores in. c. cum in cunctis de elect. & in clem. 2. de magis. Et Nab. in relect. c. Si quando de conse. dist. 1. pag. 46. & 55. Idẽ in Manuali. c. 25. 16

nu. 12. & in. c. inter verba num. 113. vbi ponit exemplum in eo qui noscens se cõtra potentes sententiam ferre non ausurum, iudex efficitur, contra illud Ecclesiast. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute iniquitates interrumpere. Ad id etiam conducit, quia accepturus officium seu dignitatem, peccat si non habet sufficientem scientiam, vt per Inno. in cap. cum in cunctis, de electi. in prin. quem refert & sequitur Panorm. ibi nu. 4. Quod ex eo corroborari videtur, quia qui se imperitum & insipientem agnoscens, ingerit se, aut ingeri patitur negotio cuius artem ignorat, est in culpa, vt in l. Iulianus §. qui tamẽ ff. de act. emp. & l. si seruus seruum. §. pen. ff. ad l. aquil. & facit regula iuris notissima. Non est *sine culpa. &c. Unde Persius Saty. 5. dixit: Contra legem naturæ esse, quem artem quã ignorat exercet. Postremo id confirmatur, quia turpe est alicui decertanti ignorare ius in quo versatur. l. 2. §. Seruius ff. de orig. iuris.*

17 *Et ne deceptio aliqua circa horum electionem contingere valeat, animaduertendum est, vt minime assumantur, ni prius maturo consi-*

lio &

lio & preuio examine inquiratur de eorum suf- 17
ficiẽtia, vtrũ sit consona & gradibus cõueniens, non enim dignitas sed ipsa scientia doctorem efficit. Unde de iure ciuili eruditus solũmodo, et qui publicitus disciplinas docebat, doctor vocabatur, & is tantum immunis erat, & priuilegio doctoratus fungebatur, iuxta. l. medicos. C. de profe. & medi. & ibi doct. Nõ autem qui titulum emptitium forte vel precariũ habebat, vt late sequẽdo Bar. & alios doctores discutit Baetia. in tract. de inope debito c. 16. nu. 127. cum sequentibus, quod approbare videtur. l. 8. tit. 31. par. 2.

Licet Greg. Lop. in gl. magna. l. 3. tit. 10. par. 2. & idem Baetia. vbi supra nu. 139. cum sequẽti. asseruerint. Quod priuilegio exẽptionis circa tributorũ solutionẽ gaudere tantũ debent licentiati siue doctores, qui gradus laurea perornati fuerint in Academijs Salman. Vallisо. Complu. & collegiales graduati, in insigni Hispanorum collegio Bononiẽsi, iuxta. l. 8. & 9. tit. 7. lib. 1. nouæ collecti & dummodo actu doceant, patrocinẽtur vel iudicẽt, et ita practicari vidisse in Regali audientia testantur ambo.

Quos

Quos ni ocularem praxim aduxissent, libẽter
18 *profecto repræhenderẽ, quia in præcitatis gymna*
sijs decorati, vt à solutione tributorũ immunes
euadant, crederem vtiq; haud opus esse profitean
tur iudicent siue patrocinẽtur, ex eo nẽpe quia ex
prædictarum legum decisione rigurosum examẽ
subire tenẽtur, quod à lege tantummodo profor
19 *ma requiritur, & non aliud, & neminem ex his*
agnouimus cui literatura & scientia requisita
deesset ad patrocinãdum præsertim & iudican-
dum, quorũ multi iam ditati, vt securius ac iu-
stius vitam degere posint, à foro & patrocinio
se abstinent, nec ob id priuilegia amittere debent,
imò maximè habendos esse existimarem.

Hoc enim ex eo etiam fulcitur, quod is gradu
cæteris debet antecedere, quem prolixior labor fe
cerit anteire, iuxta text. in.l.2. C. de off. magis.
Adde glo.in. c. de multa de præben. Facit etiam
quod eleganter tradit Staphi.de lite.gra. & ius.
de prerogat. expect.tit. an compræhendantur li-
cen. sub nomine, docto. nu. 13. scilicet quod licen
ciatus cũ rigore examinis, præferendus est docto
20 *ri aliter graduato. Et ex eo etiam comprobatur,*
quia

quia ineptissimi quicunque graduati ad patrocinandum & iudicandum pasim admittuntur, ad gradus autem laurea decorandos in prædictis Academijs, non nisi eruditissimos quosque, ac in iure diu versatos admitttere inuigilant.
Vnde Prælati in distinctè, & absque vllo erudi- 21
tionis examine, quos inuenerint doctores, siue licentiatos, per approbationem, cum examinis rigore istarum Vniuersitatum, admittere incunctanter curabunt: alios verò minime, etiam si do doctores nuncupentur, ni prius precedenti examine approbentur, vel longam causarum consuetudinem. & approbatam iudicandi peritiam habuerint.

Hinc autem aduertendum est, quod. l. Regia
ab inclyto Rege nostro Philippo, condita anno 22
1559. situata in noua colecti in ord. 25. sub. tit. 7. lib. 1. stabilitum extat. Neminem posse disciplinam aliquam addiscere, nec gradu aliquo decorari, extra Hispaniæ Regna, vt in, d. l. latius continetur. Alioquin tam laici quam clerici, & alij quicunque religiosi, exilio & amissione bonorum plectendi veniunt, ac prædictos gradus nul-

lius esse momenti, ad nullumque effectum consequẽdũ, validos esse prædicta. l. merito cõstituit.

At neminem vnquã Præsulem vidi, qui hoc gradus vel sufficientiæ examẽ exegerit, cùm sint quam plurimi titulares, & extra approbatas Vniuersitates graduati, contra formam in præcitata. l. regni præscriptam, & in. l. 5. eiusdem tit. & lib. nouæ colecti. quæ etiam omnes gradus per rescripta obtentos iure prohibuit. Quos itidem multi Romani Pontifices prohibuerunt, vt in. d. l. continetur, & nouissimè sanctissimus Pontifex Pius Quintus per bullã motus proprij, æditam anno incarnationis dominicæ. 1566.

23

24 *Id tamen in hac parte prætermittendum non est, hos gradus prærogatiua decorandos, non solum iuri Canonico inuigilasse opportere, sed ciuili etiam, nam vtrumque amplecti conuenit. Quia leges firmantur canonibus, & canonum ambiguitates legibus resoluũtur, vt ex discursu glosarũ vtriusq; iuris satis apparebit, & iustissimæ leges, sacratissimiq́; canones, ex vno fonte processerunt, vt habetur in. c. qualiter & quãdo, de accusat.*

Sed

Sed ô vtinam vnico tantum iuri exacte ac diutius inuigilassent, quia impossibile erit, quin alterum addiscant propter vtriusqúe connexitatẽ. Vnde. l. Regia. 2. tit. 9. lib. 3. nouæ colect. alterutrum requirit, dum dicit: Estudiando derecho Canonico, o Ciuil. Quod praxis ipsa recepit, in quibus vis iudicibus Ecclesiasticis assumendis, licet in beneficiorum electionibus ius Cæsareum præualeat, & attendi debeat. Tamen vtcunque hoc se habeat, non pudeat Canonistam in materia legali, Legistã consulere, nec Legistã in materia canonica Canonistam, vt tradit Alex. in. l. si prius in fin. ff. de no. op. nunt. Et Andreas Sicu. in rub. de precarijs in principio. 25

Summaria ex Capit. sequenti.

1 *Expertus in re iudiciaria, tametsi illiteratus fuerit, literato sine experimento, vtiq́ præferendus est.*

2 *Experientia supplet defectum scientiæ.*

3 *Difficile est, vt qui opera ipsa non tractat, perite valeat iudicare.*

4 *Experientia est rerum magistra, & rebus sensatis & verò similibus conuenit.*

5 *Dogma & experimentum æquiparantur.*

6 *Non sufficit aliquem esse peritum, nisi experientiam habeat, eius ad quod assumitur.*

7 *Literatum sine experimento, potius illiterato experto præferendum esse ostenditur.*

8 *Factum fallax est, & in eo prudentissimi errare solet.*

9 *Literatus facile experimentum exercitio consequitur expertus autem minime literas, solo experimento cõsequi potest.*

10 *Indoctos, quosdam & expertos vt aiunt, senes à re iudiciaria expellendos ostenditur.*

11 *Senes non per ætatem, sed per sapientiã nominãtur.*

12 *Senes prudentes & timoratæ conscientiæ quibusvis alijs præferendos.*

¶Nunquid literatus sine experimento in re iudiciaria, præferendus sit experto sine literis, abunde controuertitur?

Cap. 4.

EX his autem quæ in cap. præcedenti adduximus, hic ea quæstio merito decidenda venit,

quan

quando literatus sine experimento concurrit cũ illiterato, tamen iudicandi peritiam habẽti: quis eorum iuridicundo præferẽdus, siue assumendus erit? Et primo videtur quod expertus. Nã expe- 2
rientia supplet defectum scientiæ, vt per tex. & doctores ibi, in. l. certi iuris. C. de iud. præsertim si naturalis discretio in eo vigeat: vt dixit Speculator in tit. de iud. deleg. §. vlt. vers. item quod est il literatus: quia discretio est mater cũctarum vir tutum, vt in cap. 1. de offi. custo. & in cap. præsentium. 1. quæst. 5.

Secundo, quia impossibile est, vel admodum 3
difficile, vt Philoso. inquit lib. 8. Poly. cap. 6. vt qui opera ipsa nõ tractat, peritè valeat iudicare & iniquum esse videtur nauis gubernationem ei tradere, qui remum tenere non nouit. Et Boeti. 1. discipli. Scola. dixit. quod sciẽtia sine vsu prodest parum, vsus sine scientia prodest multum, adq; causis decidendis & Regimini iustitiæ experiẽtia valde necessaria est, vt probatur ex tex. in cap. licet plerumq;. 45. dist. & cap. estote in fi. 1. quæst. 1. Deducitur etiam ex cap. vt constitueretur. 50. dist. & Clement. Pastoralis de re

iudi. cum alijs quorum Cazial. meminit in tractat. de delinq. fugiti. 9. num. 3.

Insuper experientia est rerum magistra, &
4 *rebus sensatis & verisimilibus conuenit, iuxta tradita per Iaso. in. l. qui Romæ. ff. de verbor. obligo. num. 42. & in. §. Callimachus num. 11. Et ne dum simpliciter rerum magistra, imo efficax appellatur per tex. in cap. quam sit de electione, quia docet & probat. Unde Angelus cõsi. 100. Quod incipit Sanctissima colla. 4. pulchrè dixit, quod tantum distat scientia à practica, sicut tactus à visu intellectuali, quia experientia est sicut lapis quo probatur aurum.*

5 *Fulcitur hoc ex. l. 3. tit. 4. par. 3. vbi dogma & experimentum æquiparantur, dum dicit. Para juzgar los pleytos por su saber, o por vso de largo tiempo. Igitur ad rem iudiciariam peragendam, diuturnus iudicandi vsus sufficit, præsertim quia iuxta notata per Lucam de Pena in. l. præcepit. C. de cano. larg. libr. 10. scientia valet quo ad cognitionem, & experientia quo ad operationem, nec sufficit aliquem esse peritum nisi experientiam habeat eius ad quod eligitur.*

Unde

Vnde Vegetius. 1. de re milit. dicit. Exercitata quidem paucitas ad victoriam prona est, rudis autem & indocta multitudo, exposita est semper ad necem. 6

Quibus non obstantibus, & re ipsa longe melius considerata, crederem literatum experto potius præficiendum esse: & merito quidem, quia experimentis quæ non sunt secundum artem accidit illis, vt nec vllum valeant, & præsertim in scientia legali vel canonica, vbi factum in litibus legitimis documentis & probationibus proponitur ac elucidatur. Et cum ex eo oriatur ius, vt in.l.si ex plagis.§.in diuo.ff. ad.l. Aquil. l.omnium.C. de omni agro de ser. haud difficile literato erit ius inquirire eum quæ adaptare facto. 7

Id præterea ex eo comprobatur, quia iudex veritatem facti intelligere debet, vel ex partium assertione, vt in.l. fin. C. si per vim, vel alio modo, vel ex probationibus, in quibus stat causarum pondus, iuxta sententiam Bal. in.l.ingenium.ff. de statu hominum, & in.l.matrem.C.de probationibus.

8 *Quod difficile imo impossibile erit experto, cũ iuris existat ignarus, & per aliud factum iudicare astringatur: quod sæpe fallax est. Et in ea etiam prudentissimi errare assuescãt, iuxta sing. tex. in cap. licet de const. lib. 6. & in. l. fin. ff. pro suo: Et apertius in. l. 2. C. de iuris & facti ignorantia. Et si aliquãdo recte iudicet, potius casu, quam iuris scientia, fecisse compertissimum est.*

9 *Hoc amplius ex eo dilucidatur, quia literatus dum literas exercuerit, necessario experimentũ imbuet, iuxta illud vulgare: Quæ in scholis deglutiuntur, in palatijs digerũtur. Nam praxis, (vt inquit Bal. in. l. Emilius. ff. de minori) est sciẽtia digestiua, & quantumcunque quis expertus extiterit, minime experimento literas addiscet. Nam peritia appellatur plenitudo scientiæ, & prouidentiæ, vel artis perfectio. l. 2. C. de vsucap. pro emp.*

Quomodo igitur in arte aliqua perfectus quis efficitur, si eam nunquam didicerit? quod nõ inerudite discutit Kedin de mages. prin. verbo, sed etiam legibus oportet esse armatam num. 59. cum sequenti.

Hinc

Hinc passim vidimus quam plurimos literatos, ad rem iudiciariam peragendam nuperrimè assumptos, circa forensem praxim actorumque expeditionem hæsitare, & adhuc ignorare quando eorum copia partibus concedenda veniat, qui quidem breui tempore hoc facillime addiscunt, præsertim si naturalis discretio in eis vigeat, vt ex. Specu. supra diximus. Exindeq; prodeũt prudentissimi ingeniosissimique viri, & totius Regni experti gubernatores, qui literarum vsu, & manu Regia cuncta gubernant: ac miro ordine disponunt. Quod illiteratis æquitibus vt cumque expertis, raro contingere solet, hi enim vt plurimũ status sui, ac domus augmentum anhelant, & cõiunctos familiaresque, & amicos omnibus alijs indistincte satagunt, anteferre, in quos kedin, vbi supra satis abundeq; inuehit, à nu. 14. vsque ad num. 108.

Et non obstabunt in contrariũ adducta, quia dicta. l. par. supponit literaturam, ibi: Que sean sabios, para juzgar los pleytos. Et prosequitur, por su saber, o por vso de largo tiempo. Quæ verba debent intelligi alternatiuè, prout vnaquæq;

res expostulauerit. Ita quod literatus, lites definire queat, dogmate vel experimẽto: Licet Burg. de Paz.in.l.2.Taur.nu.70.exponens dictam.l. velit dicere, quod in antiquis codicibus dicta verba coniunctim inscribebantur, prætermissa alternatiua. Alia autem intelligenda sunt, in arte bellica, & alijs rebus, quæ potius ex solo facto, & operatione, quam scientia vel cognitione constant.

10 *Hinc sane admonendi veniunt cuncti Præsules, vt penitus asumere fugiant, in doctos quosdam, & vt aiunt expertos senes. Qui quidem fictitia benignitate, vt cũq; omnibus placere intendunt, maxime potentioribus & ditioribus, etiam si iustitiæ trutina lædatur, & delicta remaneant impunita, quos nisi virtute exuberantes ad iudicandi munus non admittendos fore tradit Marti. Rab. in Specu. Iud. nu. 27. Qui etiam vt D. Greg. testatur super epistol. Pauli ad Philippen. Violant leges absoluendo reos, sicut condemnando innocentes, cum eorum experientia parui momenti esse videatur, siquidem in causis decidendis assessores, & aliquando*

do imperitiores sibi associant.

Quid enim proderit expertem senem esse, sine sapientia, & literatura ad iudicandum requisitas, cum senes non per ætatem, sed per sapientiam nominentur cap. 2. 20. dist. & cap. porro. 84. distin. & iuuenis aliquando adinueniri potest qui ad iudicãdi munus senescit potior, vt tradidit And. Tiraquel in tract. de primog. num. 170. cum sequentib. 11

Nam licet Canities hominis sit prudentia, vt Sapien. 4. Et gloria senum est canities, non intelligitur de sene indocto & imprudenti, sed de prudenti & sensato. Ecclesiast. 25.

Qui autem si prudentes & timoratæ consciẽtiæ extiterint, & naturalem iudicandi discretionem habuerint, quibusuis alijs preferendos fore arbitror, quia in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, vt Job. cap. 12. scribitur. Quod etiam habetur. 85. dist. cap. fin. & Ecclesiastic. cap. 25. dicitur. Quam speciosa veteranis sapiẽtia, & corona senũ multa peritia, & gloria eorũ Timor Dei. Et plus valet vmbra senis quam arma iuuenis cap. 1. de renun. Et ibi 12

notant doct. & Bald. in Rub. eod. tit. & in. l. Senium. ff. qui testamen. fac. possunt. Et late Cicero de Senectute. Licet aliquando propter nimiam ætatem delirant, & præ vetustate desipiunt, vt Arch. docet in cap. tanta. 86. dist. Ideo decrepitos vel longa ætate senes, quantumcunq; experti ac literati extiterint, dimittendos esse crederem.

Sumaria ex Cap. sequenti.

1 *Iudices nimiam ingenij subtilitatem habentes, qui tamen non sunt timoratæ conscientiæ, fugiendos esse ostenditur.*
2 *Propter nimiam subtilitatem, & sub auctoritate iuris scientiæ, quandoque pernitiosè erratur.*
3 *Veritas propter subtilitatem, non est immutanda.*
4 *Subtilitas in causis ecclesiasticis, vitanda.*
5 *Iudicum subtilizantium inconstantia redarguitur, ac nouitates eorum reprobantur.*
6 *Nimia diligentia in criminum animaduersione, aliquãdo repræhenditur.*
7 *Non semper in eos qui peccant, vindicta est exercenda.*

¶ Cauendum esse à iudicibus eligendis nimiam ingenij subtilitatem habentibus, qui

qui tamen non sunt timorate conscien
tiæ, accurate traditur.

Cap. 5.

PRæterea cauendum esse duximus à iudicibus eligendis ingenij subtilitatem nimiam habentibus, qui cum non sint timoratæ conscientiæ, nec vt decet, Deum ipsum in iudicando præ oculis habuerint, subtilitas sua immoderata, dũ plus quã decet exercetur, actionis suæ rectitudinem ipsa cõfundit, vt habetur in cap. hi etenim, versus paruo autem. 49. dist. Et aperiunt fontes scientiæ, qui cum non habeant aquam doctrinæ, promittunt imbrem veluti nubes propheticæ, & turbinibus exagitantur mendaciorum, loquuntur grandia, & totus sermo eorũ facilitas est cap. si enim, vers. hi sunt fontes, de pœni dist. 2. in quos Psalmista cecinit Psal. 73. Venientes in altitudinẽ maris tempestas demersit eos, & Psal. 134. Qui ventos de thesauris suis producunt, &c. 1

Unde propter nimiam subtilitatem, & sub auctoritate iuris scientiæ quandoq; pernitiose erratur. l. si seruũ. §. sed quia, vbi latè Ias. ff. de verb. 2

 oblig.

oblig.facit.l.12.tabularum in prin.C.de legit.hæ red.instit. Et.l.ita vulneratus.§.pen.& §.fin. ff.ad.l.Aquil. & Bald.in.l.veteris.C.de contra,& comm. stip.dicit: Quod nimia subtilitas
2 *est odiosa legibus, maxime quando venit ad infringendum contractum, nec enim est veritas*
3 *immutanda propter subtilitatẽ,vt doctores tradunt in.l.in rebus.C.de iure dotium & adiuuāda est, & non cum subtilitate ingenij lacerandæ, capit. cum æterni Tribunal de re iud. lib.6.*

4 *Et præsertim vitanda est subtilitas, in causis Ecclesiasticis,vt tradit Barba. in cap.1. de litis contesta. Nam cum semper agamus de cõtractibus bonæ fidei, non est de iuris apicibus disputandũ.l.si fideiussor.§.quidā.ff.mandati.l.pen.C.ad Treb.Ias.in.l.alienam.C.de procu. Speculanti autem subtilitas permissa videtur, non autem iudicanti. Hinc doctores dicere solent. Hæc opinio est in puncto iuris verior,sed contraria seruaretur in practica, quia nihil prohibet quædam falsa esse probabiliora quibusdam veris, vt.5.Topicorum habetur.*

Solent enim hi iudices inconstantes esse, ac ni- 5
mia ingenij subtilitate, & intellectus acumine, motum sui animi, & omnia secreta facillime pãdere, & iudiciorũ acta prædicere, quo apud omnes in contemptum deueniunt, & inanis gloriæ valde cupidi, scire suum nihil esse existimant, nec iudicãdi famam augeri posse, si taciturnitati & silentio locus detur: cum circa administrãdã iustitiã gubernandãque rẽpublicã ordinemque iudiciariũ conseruandũ, maximi momenti esse videatur. qui etiã nouitates passim insectãtur, quæ odiosæ sunt, & tristes solent producere euentus, nisi euidẽs inde vtilitas subsequi percipiatur, vt pulchrè docet Menoch. consi. 52. nu. 154.

Aduersus iudices subtilizãtes inuehit author.

Et hac inanis gloriæ & extollẽdæ famæ occasione solẽt etiã in punitione criminũ esse nimis dili- 6
gẽtes, & valde rigidi, immemores quod nimia di diligẽtia aliquãdo reprehẽditur, iux. opi. Alberi. in. l. diuus. ff. de bonis damna. & in cap. porro §. Salomon de pœnit. distinct. 1. dicitur: Noli esse nimis iustus, nam qui multum emungit, sanguinem elicit. cap. deniq. 4. dist. Et si omnia in hoc sæculo vendicanda essent locum

diuina iuditia non haberent, vt Papa Anacletus statuit in cap. si omnia. 6. q. 1. Nec semper in eos qui peccant, vindicta est excercēda, iuxta tex. in cap. Quod Episcopus, & cap. ipsa pietas. 23. quæst. 4.

Crederem tamen, quod si hos subtilizantes iudices, timor Dei apprahenderit, eorum subtilitates possent temperari, & ad profectionem boni, & æqui reduci, aliâs eos fugere lubens admonebo.

Summaria ex Cap. sequenti.

1 *Iudices timoratæ conscientiæ ad rem iudiciariam assumendos esse ostenditur.*

2 *Excipi potest contra iudicem qui non habet Deum præ oculis.*

3 *Iudices veræ ac timoratæ conscientiæ, difficilime errare ostenditur.*

4 *Electio eorum quæ sunt ad finem debent fieri secundū conditionem finis.*

5 *Inuehit author aduersus præsules & Ecclesiæ iudices qui Sanctimoniam fingere conantur.*

6 *Nauarrus ab anctore laudatur, eiusdemque notabilia verba lingua vernacula referuntur.*

7 *Epis-*

7 *Episcopi & Ecclesiæ iudices, propter peccata populi aliquando deprauantur.*

8 *Non semper princeps populi aut iudex Ecclesiæ per Dei arbitrium dantur.*

¶ De iudicibus timoratæ conscientiæ seligendis, mire discutitur. Cap. 6.

Ex his autem quæ in præcedenti cap. tradidimus, timoratæ conscientiæ iudices assumẽdos esse putarem, iuxta tex. in cap. si quis Abbas. 18. q. 2. et in auth. vt iudi. si. quo. sufra. §. eos. coll. 2. Timor enim Domini Sapientiæ dicitur initium, prouerb. c. 9. & Paraly. 2. c. 19. iudices ad Dei timorem conciliantur & psal. 2. habetur: Erudimini qui iudicatis terram, seruite Deo in timore. Faciunt verba Ietri ad Moysen Exodi cap. 18. dicens. Prouide de omni plebe viros sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas & oderint auaritiam. 1

Et. l. 3. tit. 4. par. 3. iudicum præcipuas partes enumerans, hanc veluti potissimam apposuit ibi

Y sobre todo que teman a Dios. Unde NeuiZa. in Syl.nup. lib. 6. num. 5. Principibus consulit, quod in iudices eligant non solum peritos, sed & habentes conscientiam timoratam. Et Specul. in titulo de iudice delegato. §. vltimo. Verbo item quod non habet, dixit: Quod potest excipi cōtra iudicem delegatum, qui non habet Deum præ oculis. Probatur id, ex eo quod Bald, dixit, in l. 2. C. de sent. ex bie. recit. num. 5. scilicet quod iudex duo debet in mentē habere, sal scientiæ, & sal securæ conscientiæ.

Et si mihi datum esset sanctiores quidem ac veræ Deum timentes, ad rem iuditiariam admitterem, quia timentes Deū inquit Hila. de Trini. lib. 6. ab errore diu minime detineri, ac iudex qui erroris timidus ac pudens fuerit eligēdus est, iuxta tex. in cap. omnis qui. 45. distinct. Vnde Bellam. in cap. proposuit de appella, eos esse censet rectos iudices, qui errare contremunt.

Hi sunt recti iudices qui errare cōtremūt.

3 *Et ex mea sentētia, eo ipso quod Deum vere timeant pariterque diligant, omnia in iuditio & iustitiæ statera disponere curabunt, difficillimeque in administranda iustitia errabunt.*

bunt. Nam vires ingenij sui metiuntur, & in emergentibus dubijs peritiores consulunt, & tanquam boni & recti iudices, nihil, ex arbitrio suo faciunt, sed iuxta leges. & iura pronuntiant satisque iuri obtemperant, non indulgent propriæ voluntati, nihil paratum, & meditatum domo deferunt, sed sicut audiunt ita iudicant, & sicut se habet negotij natura discernũt, vt pulchre admonet Diuus Ambros. super psal. 118. sermo. 20. vers. 4.

Insuper non odio, amore, vel timore, aut cupiditate aliqua mouentur, sed denique si susceptì magistratus haud idoneos seipsos iudicauerint, libenter ipsum deponere elaborabunt. Sed eatenus eos præponendos, ac iuridicundo præficiendos esse putarem, quatenus verba August. attendãtur, in Enchir. dicentis: Cõtingit autẽ frequẽter, quod illi qui est perfectissimus in charitate, multa deficiant quæ necessaria sunt in prælato, puta scientia, valetudo corporis & huiusmodi.

Electio autem eorum quæ sunt ad finem, debent fieri secundũ conditionẽ finis. Et illud 4

Archiepiscopi Florent. 3. par. tit. 22. cap. 2. §. 4. Scilicet, quod potest aliquis dici melior dupliciter, vno modo simpliciter, qui est sanctior plus habens de charitate. Alio modo dicitur quis melior quo ad aliquid. Vnde aliquando cōtingit aliquē esse meliorem simpliciter, qui tamen non est melior, quantum ad hoc quod beneficium ad quod assumitur perficiat.

Hinc Domi. Soto de iust. & iure libr. 3. q. 6. art. 4. ver. in primis si mea opinio, eleganter consuluit circa Episcopi electionem, vt post morum honestatem, prudentia viri, roburq́ animi mansuetudine insignitum, atq́ in agibilibus dexteritas perpenderetur, quam scientiæ eminētia, dum illa doctrinæ mediocritate polleret, quæ pondus ei auctoritatis adiungeret. Et clarius resoluit Menoch. de arbitr. lib. 2. casu. 425. num. 37.

5 *At hos iustos & probos viros perdunt quidā alij præsules, & Ecclesiæ iudices, qui sanctimoniam fingere conantur, & conscientiæ rectitudinem verbis tantum ostentant, quorum actiones familiæ, vel diœceseos gubernationem si attentius consideraueris, longe à sanctitate, & rectitu-*

dinis

dinis tramite deuiare prospicies.

Est ne sanctitas, aut timor Domini ignaros ac cupidos sibi associare iudices, vt pote gratis, vel pro nihilo conducantur? Est ne consobrinis beneficia plura conferre, relictis benemeritis alũnis, & officialibus condignis, atq; originarijs clericis quibus forsan iure debentur, per tex. & doctores ibi in cap. si proponente de rescrip. & in. l. in Ecclesijs. C. de Episcopis & clericis? Est ne apostoli vocatione relicta, noctu diuque lectionibus sacræ scripturæ, vel rei familiaris negotijs peruigiles existere subditorũ lites indecisas relinquẽdo in eorum graue dispendium?

Ita vt Nauarrus, vir egregius sanctitate, & multa eruditione præditus, nec reprӕhensione dignus in relect. cap. Si quando, de con. dist. 1. not. 18. num. 59. eos his verbis grauiter reprӕhenderit, quӕ licet lingua vernacula, & aliquãtulum prolixiora hic inserere libuit. 6 Nauarrus ab authore laudatur & eius notabilia verba referũtur.

Exhortemos, por ende Christiano lector, y cõbidemos a cada vno, que aprenda, diga, o faga lo que es obligado segun su estado, cargo, officio y vocacion, que llama el Apostol a el labrador, que

are, caue, y siegue para mantenerse asi y a su casa. Al el estudiante de qualquier scientia aprobada, que se desuele mucho en ella. Al juez que vea los processos, oya las partes, estudie sus leyes y ordenanças, y no faga lo que algunos deshonrandose descuydadamente por se alabar, me dezian, cada noche passo vn passo de la sagrada escriptura con sant Jeronimo, o sant Chrisostomo, a los quales se les puede responder, que si hazen aquello sin faltar a sus cargos, y estudios necessarios, dignos son de alabança: otramente harto mejor les seria reboluer sus digestos y Codigo, su Bartulo, y su Paulo. Rezemos, rezemos, y leamos la sagrada escriptura con los doctores sagrados: contemplemos con los contemplatiuos, pero a nuestra costa, y no a la agena. Verba quidem tãto viro digna, ac literis aureis describenda.

7 *Sed quorsum hæc, cum nos in culpa simus, vt Diuus Gregorius testatur lib. 25. moralium dicens: Pro qualitatibus subditorum disponuntur acta regentiũ, vt sepe pro malo gregis delinquat vita pastoris. Idem Greg. vt habetur in cap. ex merito. 6. q. 1. inquit: Ex merito plebis nonnun-*

quam Episcopi deprauantur, & inductione pec cati populorum quandoque permittitur regnare malos. Facit illud Oseæ. Dabo vobis Regnum in furore, & auferam in indignatione mea. Et Iob. 33. dicitur. Qui regnare facit hominẽ hypocrytam propter peccata populi. Et in cap. audaciter 18. q. 1. habentur hæc notabilia verba. Non semper Princeps populi, aut iudex Ecclesiæ per Dei 8
arbitrium dantur, sed prout merita nostra deposcunt. Quocirca sancti patres magno studio prohibuerunt, ne oues Pastorem suum repræhendere audeant, nisi in fide exorbitauerit cap. oues, & cap. Petrus. 2. q. 7.

Sumaria ex Cap. sequenti.

1 *Iudices infimi natalis, aut qui publica notantur infamia, â iudicandi munere expellendos multis rationibus ostenditur.*

2 *Absurdum esse videtur, vt infamatus alios iudicare velit.*

3 *Inuehit auctor aduersus seculares, qui rem iudiciariam anhelantes, curias Principum frequentant.*

4 *Ex actis tẽporibus iudices præstãtiores esse videbãtur.*

5 Non

5 *Non volentes, nec currentes, sed cunctantes & renuentes assumendos esse consulit auctor.*

De iudicibus non assumendis qui infimi sunt natalis, aut aliqua publica notantur infamia resolute expenditur. Cap. 7.

1 *PRæterea non minori cura cauendum esse duximus, ab extollendis & promouendis iudicibus, qui sunt infimi generis, aut aliqua publica notantur infamia. Quia hi ut plurimum potentiores, siue linguosos extimescunt, ne passim (ut solent) obijciant eis quem patiuntur defectũ, quos ut silescant, impunitos relinquunt. Et dum hac via infamiam cooperire curant, ac linguas fugere dolosas, alij & alij insurgunt, eas acuentes, quibus eam magis detegere, ac prodere nituntur.*

Vnde Esther. 9. habetur, quod iudex debet esse in se iustus, ut nulli subiaceat vitio graui, ne vereatur magnitudinem cuiuscunque. Atq; ab
2 *surdum esset, & maximum inconueniens, ut qui infamatus est, alios iudicare velit, ut dicit lex. 4. tit.*

tit. 4. par. 3. Quæ enumerans impedimenta, quare aliquis iuredicundo repellitur, hæc verba subiunxit: Ni *el que fuesse de mala fama, o ouiesse hecho cosa porque valiesse menos, segun fuero de España. Porque no seria derecho, que el q̃ fuesse tal, que juzgasse a los otros. Cui legi consonat, l. 7. tit. 9. lib. 3. nouæ colect. Et. l. cum prætor. §. fi. ff. de iud.*

Verum enimuero hac nostra tempestate, dolendum quidem est, quod in confraternitatibus laicorum lege aut statuto caueatur, ne prædicti homines in eorum consortium admitti debeant, & in gubernanda Christiana republica, ministrandaque iustitia passim assumantur.

Quid inde mali obsecro expectatur, in quorũuis consortium hos admitti? quod merito non timeatur si stateram in manibus portent, & Christianismi gubernationem gerant, si Canonicus claris parentibus natus esse opportet? Quare iudex Ecclesiasticus, qui ipsum regere & gubernare habet, non assumetur ex his, si confrater itidẽ laicus quare iudex sæcularis?

Sed o summe Deus iã hæc villissima capita, et 3

Innectio authoris aduers' huius seculi iudices.

forensia pecora: tanquam vultures togati rē iudiciariam inhiantes, ipsos præfectos supremi Senatus regiosq; consiliarios passim committantur molesteq; insequuntur, donec iuridicundo præficiantur. Nonne hos à Curia tanquam canes acerrimos, latronesq; publicis nocentiores, prorsus expellendos, ac fugandos esse percipitur?

Nonne inficiari potest ignaros esse cupidos ac vilissimos, vt vnius cuiusque prouinciæ experimētum docet, quos nec bonum publicum mouet vnquam, nec pecantium animaduersio, sed nec pauperum aut miserabilium personarum oppressiones. Jam vtiq; fugiunt ea quæ sunt recti regiminis, sincereq; gubernationis, & omnia ea vbi labor & periculum adest, lucrum autem abesse dignoscitur, circa quos hodie imperat aurum, iudicat argentum, remouet passio, promouet affectio, silent leges & Canones, ratio & æquitas proscribitur, apud ipsos nullus quantum mereatur, sed omnis quantum dare sufficiat æstimatur: vt eleganter Paris. de Puteo refert in tract. syndica verbo syndicatur. n. 2. fo. 35. et sequitur Abiles in. c. 1. prætorū glo. Dadiuas num. 8.

Quid

Quid enim præstabit sacratissimos condere canones, iustissimasq́ leges sanciri, si earum executores adeo sunt cupidi, & incauti omnes, vt non solum debitam illis executionem non præstiterint, imo ita inde suos traxerint sensus, vt quicquid illis placitum fuerit, & non aliud per eas dici datur. Ita vt illud Poeticū iā merito dici queat, Ius & iura negāt homines, & numina fallunt.

Sed vnde hoc commune malum prodierit, ipsi viderint, qui non morum honestatem, nec peritiam, ac iuris scientiam in electionibus iudicum considerant, sed stultitiæ risum & potius vestes quam virtutes, potiusque corporis pulchritudinem quam consciētiæ rectitudinem, quos Lucas de Pena redarguit in. l. 1. in fin. C. de diuer. offi. lib. 12. & Math. de Afflict. in consti. Neap. tit. de offi. magist. lib. 1. Rub. 37. num. 57.

Nos autem hoc vnum scimus, quod oculis nostris vidimus, & patres nostri annūciauerūt nobis, opus quod operatus est in diebus antiquis: quādo iudices literatos rectos iustosq́ agnouimus, qui nec prece, nec precio, odio vel amore mouebantur. Et si vnus aderat improbus, quam plures 4

boni & æqui, & præcesserant & sequebantur.

Modo autem circa illud Psalmi. 13. Omnes declauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum.

Sed ò inclyti Hispaniarum Reges, & potentissimi Principes, ò Præsules Illustrissimi pastoresq; Apostolici, vultis ne paucis agam? Non volentes, 5 *nec currentes assumito, sed cũctanctes, sed renuentes, cogite illos & compellite intrare, in talibus (vt opinor) requiescet spiritus vester, vt Diuus Bernar. docuit libr. 4. de consi. ad Euge. coll. 4. & Alexan. Seue. etiam dicere solebat: In uitum non ambientem esse ad rempublicam assumendum, vt Ælius Lampri. in eius vita retullit.*

Summaria ex Cap. sequenti.

1 *Improbis ac corruptis moribus iudices, haud assumendos, esse ostenditur.*

2 *Regere atq; Imperare prudẽtiæ munus est, quia prudẽtia secum habet cunctas virtutes.*

3 *Magistratus virum indicat.*

4 *Improbus aliquando iustitiæ obseruantissimus est.*

5 *Iu-*

5 *Iudex aliquo irretitus peccato, olios condemnando an peccet.*

6 *Grauatus criminibus iudicare non valet.*

7 *Iudices iuſtè ac caſte viuere debent, quia ſunt poſiti tanquam ſignum ad ſagitas.*

8 *Eligendus an potius eſt qui peccauit, & pœnituit, quã ille qui ſemper fuit bonus.*

9 *Qualiter qui deliquit correctus dicatur, vt in iudicem promoueri valeat.*

¶De non extollendis iudicibus qui ſunt improbis moribus, aut crimine aliquo irretiti. Cap. 8.

HInc etiam admonendi ſunt Præſules, ne ſi-
bi adiungere velint iudices improbis & cor 1
ruptis moribus, quacunq; ſcientia, vel experimẽ-
to præpolleant. Nam artes quæ ſolo intellectu cõ-
ſident, quilibet improbus rectè exercere poterit,
veluti fidibus dulciter canere, tepide pingere, &
huiuſmodi. Eam vero praxim quæ in iuſtitiæ
miniſterio ſiſtit, nemo niſi virtutibus per orna-
tus extiterit. Cuius ratio percipitur ex tex. in. c.

forus, de verb. signi. in fine. Nam si bona vita de fuerit, fide carebit. Non enim potest iustitia cum scelerato homine, habere commercium.

2 *Et quia vt Arist. 4. Et hic dixit: Regere at que imperare prudentiæ munus est, Prudentia autem secum habet cunctas virtutes connexas, & potissimum prudentia iudicis. Est namque ip siusmet iustitiæ Custos, vt idem Arist. in. 5. Et hic. docet. Et est mater cunctarum virtutum, vt habetur in cap. 1. de officio cust. Ergo si iudex virtutibus caruerit, male crimina vindicauit, nec iustitiæ trutinam custodiet.*

3 *At quia Magistratus virum indicat, vt no tissimi iuris est, ob id non satis prudentia digni- tasq́; persona explorata habetur, quousque iuri-*
4 *dicundo præsit, & magistratum possideat. Nam improbus aliquando iustitiæ obseruantissimus est, potestque habere animum & prudentiam re dendi vnicuique ius suum, præsertim si non est simili vitio irretitus. Quia tunc in quo alium iu dicat, seipsum condemnat. Juxta Aposto. 2. ad Roma.*

5 *Vnde inter Theologos cõtrouerti solet, an iu*

dex

dex qui delictis sordescit, alios condemnando pec cet mortaliter. Et Domi. Soto. de iust. & iure lib. 3. quæst. 4. arti. 2. refert: aliquos partem affirmatiuam tenentes, & asserentes etiam, quod non solum, si iudex in peccato publico extiterit, alios condemnando peccat. Verum etiam si occulto peccato fuerit irretitus, & tandem in hoc residet, quod quantumcũque grauissimo scelere notatus sit, non peccat, nisi publicũ fuerit, quia tũc propter scandalum peccabit. Et quod hoc intelligi debeat in grauioribus criminibus, & præcipuè, si sit ipse iudex in similibus: veluti si esset publicus latro, & nihilominus latrunculos persequeretur, aut si publica admitteret adulteria, & nihilominus adulteros in iudicio premeret, Secus esset, vt ipsemet testatur Sotus si esset fornicarius, & latrocinia homicidiaque vlcilsceretur, vel quando crimen non esset infame, vt si præ auaritia non esset eleemosinarius, cuius opinio verior est, ac communiter recepta.

Vnde vt ab instituto nõ discedamus, meritò consulerẽ, vt qui publico crimine iustè notatus,

aut

6 aut infamatus fuerit, vel qui prauis & corruptis moribus imbutus publicè reputabitur, in iudicem minimè assumatur, nam grauatus criminibus iudicare non valet, dicit tex. in cap. in grauibus. 3. q. 7. Et in cap. qui sane, & c. iudicet ead. causa, & quæst. notat Spec. in tit. de iudice deleg. §. excipi versic. Item qui est criminosus, & qui alios carpit, dicit adagium: Labe carere debet.

Insuper apud omnes despectui habebitur, & cum simile crimen vindicauerit publicitus, ac iniuriosè obijcietur ei, & iustitia in vilipendiũ veniet. Quia omnes facile percipiẽt, non habere eãdem vim in iudice quam exercet ipse in subditos, & præsertim hoc malum inde eueniet, quod ex eodẽ crimine, quo ipse iudex notatus extiterit multi profusus delinquendi ansam nanciscuntur.

7 Et proinde qui trutinam iustitiæ gerere cupiunt, iustè obsecro ac castè viuant, sunt enim positi tanquam signum ad sagittas. vt dicit tex. in cap. qualiter & quando. El. 2. de accusat. Et qualis iudex populi fuerit, tales & ministri erũt: Prouerb. 18. Et quia sepissimè euenit iudicis castitate ac vita immaculata, cõcubinatus, & alia publica

publica peccata potius opprimi atq; depelli, quam virga, & rigurosa sententia.

Postremo hinc ea quæstio perpendenda venit: Nunquid potius eligendus est, qui criminosus fuit, & penituit, quam ille qui semper fuit bonus? Et videtur per glos. expre. in cap. fidelior. 50. distinct. Quod ille qui pœnituit & deflexit à malo ex eo quia hic magis scit compati peccatoribus. Quam quæstionem Romanus discutit in sing. 724. vbi sequendo dict. glo. concludit. Quod ille qui de malo effectus est bonus, præferendus est, motus ea ratione: quia ille qui sciuit, malum, melius præsumitur scire gubernare. Idem sequitur Ioan. de Sel. in tract. benef. 3. par. quæst. 7. vers. ex quibus, vbi allegat Detium & Panorm. idẽ asserentes.

Licet Præpositus in dict. cap. fidelior, contrarium asseruerit, quem alÿ sequuti sunt, quos Lãber. de iu. patro. lib. 2. 3. par. 5. q. prin. 14. arti. eleganter ad concordiam reducit. Ita vt prædicta glosa, cum opinione eam sequentium, habeat locum in beneficio seu dignitate habente iurisdictionem, vel subditos. Quia tunc magis vtile erit 8

populo habere prælatũ, qui alias deliquit, vt sciat eis compati, & ipsorum misereri, vel sumas in electione beneficiorum aut dignitatum sine iurisdictione, & tunc procedat contraria opinio, quæ vtiq; concordia satis nobis placet.

Veruntamen eatenus glo. opinionem, & eam sequentium ipse amplecterer, quatenus de correctione & pœnitentia apertissime cõstet, vt idem ad notauit Abb. in cap. dudum. 2. num. 24. in fine de elect. Exemplo Petri, qui licet notoriæ & grauiter deliquerit, meruit tandem ad summũ Apostolatum promoueri, ob eius notoriam pœnitentiam ac indubitabilem correctionem, quæ claritate vitæ ac miraculis ostendebatur.

9 *Sed non adeò exacta & indubitata correctio in iudice huius calamitatis promouendo requiritur, vt miraculis debeat comprobari. Sed ea integritas sufficit, quæ quali quali informatione cõmittatur, vt Alci. docet de præsum. Reg. 3. præsum. 2. n. 6. ad elidendam præsumptionem illius qui cum semel malus extiterit, semper talis præsumitur. Et præsertim si triennio bene honesteq; vixerit, quia videtur satis emendatus,*

Iudex q deliquit qualiter correct' dicatur.

vt est

vt est notabilis tex. in auth. de Monachis. §. Sancimus, cum dicitur. Attamen sufficit ad meliorem purgationem delictorum, & virtutis argumentum, triennalis temporis testimonium.

Sumaria ex Cap. sequenti.

1 *Iudices originarios seu à propria diocæsi oriundos ad rē iudiciariam assumendos efficacissimis argumentis demonstratur.*

2 *Originarius potius mores Regionis scire, præsumitur, quam exterus vel alienigena.*

3 *Qui iuridicundo præsunt, subditos nominatim agnoscere oportet.*

4 *Ciuis vnius prouintiæ seu ciuitatis, non potest in eadē esse iudex.*

5 *Originarijs iudicibus nusquam desunt amici, & coniuncti in quibus affectio præsumitur.*

6 *Erga conciues etiam præsumitur affectio in iudicibus.*

7 *Iudex eiusdem nationis quo est actor potest recusari.*

8 *Legibus Francorum exteros esse admittendos, non autem conciues.*

9 *Lege Hispanica non inuenitur prohibitum, vt originarij excindantur.*

10 *Ex cap. 4. Prætorum originarij iudices repelluntur.*
11 *Lege etiam Partitarum excludi videntur originarij.*
12 *Iudicum amici atq; coniuncti impuniti relinqui solent.*
13 *Subditi ægre ferunt, ab ipsomet conuicino iudice, iudicari.*
14 *Uirum expertum & eminentissimæ scientiæ, in propria patria ex Episcopi dispensatione assumendum esse ostenditur.*

¶De iudicibus originarijs exteris ve assumendis, vel non.

Cap. 9.

1 *RUrsus huic loco accedit illius quæstionis dilucidatio, vtrum originarij, an exteri iudices admitti debeant. Et cùm primum oriundos à propria Diocæsi assumendos esse videtur, ex. l. 2. cap. de officio Prætorum, ibi. Tres prætores qui proprium larem habent, in vrbe non ex prouin-*
2 *tijs eligantur. Nam longe faciliores, & ad gratiam clementiamque proniores ciues sunt inter se, quam si res à peregrinis agatur. Atq; originarius potius Regionis mores scire præsumitur, quam exterus, vel alienigena tex. in cap. quosdã,*

& cap.

& cap. quanto de præsumpt. Vbi Papa reprehẽdens Episcopum de negligencia circa correctionẽ iudicis delinquentis, subiunxit hæc verba: Latere te in vicino non potuit, quod ad nos in longinquo peruenit. Et Valer. libr. 2. de auspi. inquit. Auspitijs enim patrijs, non alienigenas rempublicam administrare opportere antiqui iudicabãt. Vnde præceptum fuit Moysi. Deut. 17. Regẽ constituisse de numero fratrum. Non inquit poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus, hoc est de tua patria seu gente natus.

Et eo magis hoc erit expediens, si originarius, qui eligendus venerit, omni virtute & literatura perornatus fuerit, & in diocæseos gubernatione, seu litibus iam diu versatus. Oportet enim vt qui iuridicundo præsunt, totius diocæseos (vti bonus pastor) subditos nominatim agnoscant, & vniuscuiusque vitã, mores, genus, institutionem, 3
sufficientiam, & alia huiusmodi nota sibi sint, vt oportuno tempore vnicuiquè debitus honor deferatur. Et vt rectius ac iustius causas omnes definire queant, & potissimum criminales, quæ vt

plurimum eorum arbitrio relinquitur. In quibus personarum temporis, & loci qualitas perpendenda, ac consideranda venit, quorum originarij iudices indubitatam solent habere notitiam, nec eis opus est, noua indagatione, quæ omnia exteris Episcopis, eorumque aduenis officialibus deesse noscuntur. Et iam iam moribundi, vel eorum instante translatione, ea assequi ac dignoscere incipiunt.

4 *Re tamen hac diligentiori studio considerata, cõtrariam sententiam veriorẽ esse opinor. Quia ciuis vnius prouintiæ vel ciuitatis, nõ potest in eadem esse offitialis, vel assessor, per tex. in. l. ei cui ff. ex quibus causis. Docet Paris. de Put. in tract. syndicatur, verb. statutum num. 4. fo. 77. Et in verbo assessor. n. 16. fo. 59. Notãt Bar. & Plat. in. l. nullus aparitor. C. de diuer. offi. per tex. in. l. nullus. C. de offi. Rect. prouint.*

5 *Et ex eo satis fulcitur prædicta sententia: quia originarijs iudicibus, nunquam deesse noscitur amici atque coniuncti, in quibus affectio præsumitur. Vt latè per Alciat. de præsump. regula. 1. præsumptione. 20. num.*

1. at

1. atque dispositа in consanguineis censetur regulariter disposita in amicis intimæ amicitiæ. Nam amicitia tantum operatur, quantum sanguinis coniunctio, vt tradit Cynus in. l. inuitus. C. de procurat. Docent Alex. & Ias. in. l. cum aliquam. C. delega. late Abiles in cap. 44. Prætores, glo. verbo, amistad, num. 2. cum sequentibus.

Vnde Guillerm. Benedict. in cap. Raynutius, de testa. num. 1050. cum sequentibus eam adducit rationem, quare beneficia originarijs conferenda sunt, non tamen officia sæcularia. Quoniam vt inquit, propter fami- 6
liaritatem quam habere præsumitur cum conciuibus suis, quibus forte nimis fauerent, aut propter odium, quod ex æquali, vel inæquali conuersatione concipitur, vel inuidiam & dignitatis contentionem, quæ semper inter æquales suboritur. l. obseruandum. ff. de offic. præsidis.

Hinc est quod judex eiusdem nationis quo
est actor, potest recusari, cap. pen. vt lite non cō- 7
test quia eadē natio inducit suspitionē, vt tradit Abb. in cap. vlt. de appellat. & Bart. in. l. fin.

ff. de

8 ff·de officio Aſſes. Atque idem Guil.Ben. vbi ſu
pra refert in Regno Frãciæ ſtabilitum eſſe, à Phi
lippo Pulchr,o & Carolo quinto Regibus Fran-
corum,exteros eſſe admittendos,non autem con-
ciues: quem refert & ſequitur Ludo.Gomez in
reg.de idiomate.ingrati,expecta in princip. ſub-
iungens ibi. Quod apud Hiſpanos Regni Caſtel
læ,etiam lege antiqua alienigene admittũtur ad
regendas prouincias,quam,legem licet eam ſepe
9 inquiſierim in voluminibus Regni pragmatica
rum haud inuenire potui, & miror quidem quia
communiter apud omnes receptum eſt, lege reg-
ni caueri exteros iudices conſtituendos eſſe, non
autem oppidianos, ſiue à locis circunſtantibus
oriundos.

10 Sed huius rei deceptio inde (niſallor) originẽ
ducere poteſt,quia cap. 4. de los Corregidores,
prohibitum extat Correctoribus, ne conſtituant
literatos locum ſuum tenentes, nec officiales aut
alios executores originarios ſeu domiciliarios ter
ritorij ſiuæ prouintiæ cuius gubernationem gere
re debent.

Vnde ſupremi Senatores, non immeritò ad

cuiuſ

cuiusuis requisitionem, concedere solent manda-ta Regia, vt hi ab officijs amoueantur, quod pra-xis recepit, ac ita sentire vult Couar. pract. quæs. cap. 4. num. 5. Quod iure partitarum compro-bari etiam videtur. Nam. l. 11. tit. 18. par. 1. re 11
ferens duos quasi sacrilegij casus, veluti qui igno ranter facit contra articulos Fidei, vel scienter male dicit institutis Papæ, vel Regis. Tertiũ qua si sacrilegium subiungit dicens: E aun seria co-mo sacrilegio, si algun hombre se entrometiesse de pedir, o ganar officio de juzgador, o otro qual-quier, en aquella tierra onde es natural. Cũ qua lege concordat. l. 2. C. de Crimin. sacril. Tamen dicta. l. par. eam adducit rationem: Ca sospecha puede auer, que querria mas este ayudar a sus pa rientes, y desayudar a los que mal quisiesse.

Alia præterea non minus efficax ratio in huius partis comprobationem perpendi potest, vi delicet, quod in punitione delictorum, cognatione vel intima amicitia iudicibus coniuncti, necessa- 12
rio impuniti relinquẽtur. Quia partim infamia vel injuriæ ex punitione præcedentis, ipsosmet tã git iudices, quia suorum iniuria eorundem est,

eamque prosequi possunt, l. hi tamen omnes ff. de accus. l. 2. tit. 1. par. 7.

13 *Vnde etiam coniunctionis, siue amicitiæ occasione ansa delinquendi sumitur, atq; ægrè conciues ferunt ab ipsomet conuicino iudice cōdemnari. Ita vt ab alienigena, & extero potius puniri malint, quam absolui à compatriota, vel originario iudice.*

Nec oberunt incontrarium aducta quia procedere videntur in his quæ spectant ad regimen ciuitatum, quod originarij valde procurare præsumitur, secus vero in his quæ iurisdictionem respiciunt, vt singulariter Alciat. docet, tract. de præsumpt. reg. 1. præsump. 37. nu. 4. Quod vtique in constituendis iudicibus fori Ecclesiastici obseruandum esset.

Et licet non adeò iure Canonico, vt ciuili prohibitum esse videatur. Tamen insanus clericus reputari potest, qui vicariatum in patria quærit, quia ex amicis inimicos, & ex coniunctis exteros faciet, & omnes illum odio habebunt, modo iustitiam, modo in iustitiam exerceat.

14 *Veruntamen hoc non ommittendū duximus,*

quod

quod quemadmodum ex Principis permißione, potest quis iudex constitui in propria patria, vt tradit Parisi. de Puteo, in tract. Synd. in verbo assessor num. 16. per. l. sicui. ff. qui ex cau. maiores. Præsertim quando inuenitur homo eminentißimæ scientiæ, & cuius commoditas palam eluceat, vt constat ex dicta. l. 11. par. Et comprobatur ex tex. in. l. minime. ff. de Rel. & sumpt. fun. & tradit late Alber. Brun. consi.. 12. in princip.

Originarius quãdo admitti debeat.

Ita *Episcopi, si virum scientia, & experimento eminentißimum, & alijs virtutibus perornatum, in propria patria, & diocæsi inuenerint, extollere & promouere poterunt. Quia rerum omnium & personarum cognitio, atque rerum experimẽtum, illius præsertim patriæ, vel diocæseos, vbi talis præponitur maximi ponderis & momẽti est, ad rem iudiciariam iuste peragendam, vt satis supra tradidimus.*

Sumaria ex Cap. sequenti.

1 *Negligentia est nouerca eruditionis, & in iudice potißimum reprobatur.*

2 *Negligentes iudices ad damna, & interesse partis*

iuxta negligentiæ culpam tenentur.

3 *Negligentia in foro animæ etiam reprobatur.*

4 *Iudex an ex negligentia posſit criminaliter puniri.*

5 *Negligentiæ triplicem differentiam auctor conſtituit.*

6 *Negligens dolosè facere iuſtitiam vltra litis æſtimatio nem criminaliter puniendus venit.*

7 *Iudicans per imperitiam tenetur prout iudicanti æquũ videbitur.*

8 *Iudicans per imperitiam craſsam & ſupinam, tenetur ad veram litis æſtimationem.*

9 *Iudex ex ommiſsione negligens facere iuſtitiam, veluti quando potuit de facto ſupplere & omiſit, non facit litem ſuam.*

10 *Iudex ex ommiſsione negligens facere iuſtitam adhuc partis damnum reſarcire tenetur.*

11 *Iudex dicitur negligens in cauſis in quibus ex officio inquirere tenetur, & non inquirit.*

12 *Iudex vt in negligentia & ommiſsione conſtituatur, debet à parte interpellari, & requiri cum debita proteſtatione.*

13 *Negligens doloſe facere iuſtitiam abſque interpellatione tenetur ad factum & intereſſe.*

14 *Interpellationes locum habent, quando verſatur lis inter partes.*

¶ Quod iudices negligentes in adminiſtrã da

da iustitia præcauendi sunt & qui negligẽtes dicantur dilucide explanatur.

Cap. 10.

PRæterea non minori cura cauendos esse vt opinor quosdam desides ac negligẽtes iudices, quia negligentia est nouerca eruditionis, vt tradit Cardin. in Clem. 2. §. 1. versi. 5. notab. de sepult. & in prælato & iudice maxime reprobandam esse ibidem testatur, atque turpissima est iactura, quæ per negligentiam fit, scripsit Seneca, epist. 1. & Gometius in reg. de triena. possess. post q. 38. resolute epilogat. 214. casus negligentiæ, et alios. 20. in quibus negligentia non nocet. Et etiã recenset. 31. casus in quibus diligentia nocet vel prodest. 1

Vnde remissi aut negligentes iudices, ad integrale damnum & interesse, quod ex sua culpa & negligentia processit parti læsæ tenebuntur, atq; litem suam facere compertissimum est per tex. cũ glo. in cap. Dominus. 23. q. 2. Et cap. cum æterni tribunal, de sent. & re iud. in. 6. Et in auth. vt difer. iudi. §. fi. col. 9. Quod vtique non solum in 2

iudicio exteriori locum obtinebit, verumetiam in iuditio interiori animæ, vt per Nauarr. in manua. cap. 25. nume. 12.

3 *Hinc etiam est, quod si culpa vel negligentia confessarij, infirmus sine sacramento pœnitentiæ obierit, reus erit animæ illius, iuxta tex. singu. in cap. si Presbyter, & cap. cognouimus. 26. q. 6. & glo. in cap. officium, de officio Archiepiscopi, verbo sine confessione.*

4 *Præterea dubiũ hoc inter doctores versatur, vtrum detur in iudice negligentia, ex qua vltra grauamen, & interesse partis, ad aliquam criminalem pœnam teneatur. Et iuxta glos. sing. in c. hoc etiam. 2. quæst. 6. Et l. nũquid. §. 1. ff. de iud. & l. argentarius. §. cum autem verb. de iudice, ff. de ædendo. Tenetur etiam ex illo tit. de obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur, quas glosas Iason refert, & sequitur alijs etiam iuribus id comprobans in §. præterea, insti. de act. num. 11. cum sequent. Quam opinionem firmat Puteus in tractatu syndic. ver. iudex, vt non arguatur, num. 9. fo. 176.*

Veruntamen Ioannes de Imola, in l. diẽ cautionem

tionem. §. in eum. ff. de damno infect. sequendo Bar. & alios, asserit: Quod solummodo ad verã litis æstimationem teneatur, & non ad factum. Quod videtur tenere glo. in cap. quoniam cõtra de prob. Et sequitur Abiles in cap. 1. Prætorum glo. verb. fiel, num. 28. vbi allegat Montal. in l. 24. tit. 22. par. 3. asserentem: Quod ex negligentia non poterit iudex criminaliter condemnari ciuiliter, sic ad partis læsæ verum interesse.

Tamen Ang. Perus. in. l. Mancipia. C. de seruis fugi. num. 5. hanc differentiam concordare videtur. Distinguendo inter pœnam à iure determinatam ratione negligentiæ, & eam quæ nõ est determinata. Ita vt qui ex negligẽtia trãsgressor extiterit pœnæ legalis actione in factum conueniatur; alias ciuiliter & ad interesse, quæ concordia, nõ vtiq; à ratione & iure aliena videtur.

Rursus aũt pro maiori huius difficultatis diludatione, triplicẽ negligẽtiæ differentiã constituendã esse existimo, videlicet, Malitiæ, Imperitiæ, et Desidiæ, quibus nõ solũ prædictã ambiguitatẽ, verũ etiã quãlibet aliã, quæ circa cuiusuis negligentiæ culpam considerari potest, prorsus dimoueã. 5 Negligẽtia ex sẽtẽtia antheris Tripliciter sumitur.

Mali-

Malitiæ ea esse videtur, veluti qui ex neglectu, & dolosè, odio, prece, pretio, vel amore scienter et contra conscientiam, iustitiam facere neglexerit. Tũc enim neglegens non solum ad interesse partis, & veram litis æstimationem tenebitur, verũ etiam criminaliter conueniri & accusari potest iuxta malitiæ, & excessus qualitatẽ in quo casu ꝓcedere potest, op. dictarũ gloriarũ, & sequatiũ.

Quod vtique comprobari videtur ex decissione tex. in. d. cap. cum æterni Tribunal, de re iud. in. 6. Vbi iudex delegatus, seu ordinarius qui cõtra conscientiam & iustitiam in grauamen partis iudicabit, ab officio sacerdotali per annum ipso iure suspensus est. Et similiter condemnandus est ad litis æstimationem parti læsæ resarciendã: iureque auth. etiam condemnatur in triplum, si ciuilis causa sit, si autem sit criminalis confiscatione bonorum punitur, ac in exilium mittitur. Vt in auth. vt litig. in exor. lit. iur. §. si quis autem, et §. hoc quoq; coll. 9. & in auth. nouo iure. C. de pen. iu. qui. ma. iu.

Iure autem. C. iudex pecunia corruptus puninitur. l. Julia. repet. vt in. l. 1. C. eod. tit. Sin. autem

tem absque pecunia corrumpatur, pœna falsi punitur, iuxta tex. in. l. 1. §. si iudex. C. ad. l. Corneliam, de falsis.

Quod etiam ex eo fulcitur, quia officiales qui maleficia dissimulatione non vindicarunt, acriter sunt puniendi, vt in. l. 1. C. de deserto. lib. 12. Adde ibi Bart. & eundem Plat. in. l. fi. C. de public. læti. eodem lib. Id ipsum comprobatur ex eo quia negligens facere iustitiam punitur tanquã criminis cõsocius, vt in. l. fi. C. ne sacr. baptis. iter. Et in. l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & Cleric. notat Bal. in. l. non solum. C. de merc. & merci. lib. 10. Unde aliquem iniuste & scienter condemnans, similitudine supplicij damnatur, ex l. 25. tit. 22. par. 3. Nam quodquisq; iuris in aliũ statuit ipse eodem punitur, vt. ff. eodem per totum.

Hoc ipsum confirmatur ex eo quod Ægid. Bossi dicit in tit. de officialibus corruptis pecunia num. 12. Videlicet quod iudex qui dolosè negligit facere iustitiam tenetur ex maleficio, & non ex quasi maleficio, & punitur criminaliter, & latius hanc partem disseruit Menoch. de arbit.

iud. lib. 2. centu. 4. casu. 342. per totũ, vbi nu. 7. resoluit quod iudex pecunia corruptus iudicis arbitrio puniendus venit.

Imperitiæ autem negligentia in eum dirigitur quæ per imperitiam male iudicans partem lædit, quia tenebitur in quantum bono viro æquum videbitur, vt in. l. si filius. ff. de iudi. & l. ex maleficijs. §. si iudex. ff. de act. & obligat. Glo. in cap. hoc etiam. 2. q. 6. adde notabilem & sing. glosam Greg. Lop. in. l. 24. tit. 22. & Menoch. de arbit. casu. 339. per totum.

Veruntamen si imperitia crassa fuerit & supina, veluti si errauerit in rebus certis, & á iure determinatis, quia tunc dolo æquiparatur, tenebitur negligens ad veram litis æstimationẽ, vel boni viri arbitrio relinquetur iux. glos. sing. in prin. inst. de oblig. quæ ex quasi delic. nasc. in quo casu docto. sententia contra prædictas glosas posset procedere.

Tertia vero negligentiæ differentia ex desidia procedit, & in ommissione iudicis circa administrandam istitiam consistere potest, veluti quando potuit de facto supplere & ommissit,

misit. quia tunc nõ facit litem suam, vt per Put. in tract. Syndic. verb, negligentia, nu. 13. Aliud enim est denegare iustitiam, aliud non iuuare. l. iustitia, ff. de iusti. & iure, cuius negligentiæ essentia remissio proprie dicitur. Nam secundum communem vsum loquendi, iudex negligens remissus appellatur, veluti quando lites negligenter, & desidiose plus debito protrahit, quia non incurrit vllam pœnam, quod enim differtur, non aufertur, vel quando illico non procedit seu quam primum potuit, quia est modica negligentia, vt notat Ang. in l. si insulam. ff. de verbor. obligat. & de qualibet negligentia non est puniendus officialis, sed de ea tantum quæ est dolo proxima, vt notant omnes & præsertim Bos. vbi supra numer. 26. Qui vno ore fatentur iudicem non teneri si quid leuissima culpa egit, vt per Bald. in cap. 1 §. iudices num. 1. de pace ten. in vsibus feudorum.

Verũtamẽ si ex hac negligẽtiæ vel ommissionis 10 *specie aliqua pars lædatur, vel grauamẽ aliquod illi inferatur, quotiescumq; de eo liquido constiterit,*

terit, illud resarciendum est iux. l. 8. tit. 7. libr. 1. Forileg. quæ sic debet intelligi, tamen ob id non incurrit pœnam aliquam vt docet Domi. in. d. c. Cum æterni Tribunal. §. si quis num. 6. dicens: quod si iudex omittit aliquid facere quod debuit non incurrit pœnam, quia tex. punit facientem non autem omittentem, vel negligentem, nisi ex hoc grauet partem, quia tunc ille dicitur facere qui ommittit facere quod debet, iuxta glos. sing. in cap. 1. de vsur. lib. 6. verbo contrarium idem probat tex. in cap. ideo. 25. q. 1. Notat Joan. And. post. Archi. in cap. generali de elect. in. 6.

11 *Proinde iudex negligens vt plurimum ille dicitur, qui ommittit procedere in causis in quibus ex officio suo inquirere & procedere tenetur. quos refert Marã. in Spec. Aduoc. p. 6. nu. 126. Unde quando potestas tenetur inquirere, & non inquirit inculpatur de negligẽcia, vt notat Bald. in. l. Gallus in prin. de lib. & posth. præsertim quando negligit iustitiam exequi contra delinquentes, quia litem facit suam, vt probatur in. l. 14. tit. 9. nouæ collecti. Hinc est, quod aduersus iudices ecclesiasticos in syndicatu semper*

inqui-

inquiratur, an desides negligẽtes ve fuerint in administratione iustitiæ seu publicis criminibus vindicandis, & an circa iurisdictionis ecclesiastica defensionem pervigiles aut negligentes extiterint.

Rursus vt iudex ex hac desidiæ & ommissionis negligencia meritò inculpari queat; opus est, vt prius à parte interpellatus & requisitus sit cũ debita protestatione, quia post talem protestationem tenebitur alias non, vt notat Bar. in. l. damni. § Sabinus in fi. ff. de damn. infe. & Bal. in cap. iudices, de pace iur. firm. num. 6. per tex. ibi in. l. argentarius. §. cum autem. ff. de æden. & per. l. cum seruum. C. de seruis fugit. Notat Abb. in cap. fin. de rescrip. num. 16. & Ant. in cap. venerabilis de iudicijs. & Alex. in. l. de puppillo, §. si quis ipsi. ff. de noui op. nun. Vbi omnes fatentur negligentiam iudicis non præsumi nisi post interpellationem, vel protestationẽ legitimè factam. Et quomodo negligentia probetur vidẽdus Menoch. de recup. poss. reme. 7. q. 5. 12

Quod ipse intelligẽdum esse existimarem in tertio membro negligentiæ ex ommissione vel de-

ſidia procedentis, ſecus vero in negligentia primi & ſecundi capitis, quæ in mero facto conſiſtit & ſuum auctorem ſubſequi debet, qui abſq; eo
13 *quod interpellatus ſit damnum ſeu grauamen facto iudex intulerit reſarciri tenetur, vt late ſupra diſſeruimus. Superfluũ enim eſſet, & maximi præiuditij requirere ſiue interpellare iudicem ne doloſe aut imperite iudicet, quia eſſet inferre illi iniuriã, cũ pro eo præſumatur & ſit ſemper paratus reddere ius. Imo fit iniuriã eo ipſo quod non probatur contrarium, iuxta glo. ſing. in l. 1. C. de teſt. mil.*

Requirere autem ipſum ne aliquid ommittat, vel vt breuiter cauſam expediat opportunũ videtur, quia tunc ex omiſsione obligatur. Nã iudex requiſitus de expeditione cauſæ, nihil reſpondens, dicitur eſſe in mora, & iuſtitiam denegare, vt per Philip. Fran. in cap. ex ratione de appel. 2. q. circa. 5. impedi.

Vnde diſcreti iudices, vt ratione harum proteſtationum atque interpellationum iuris pœnã euitare queant, vel earum expenſas, ſi iuxtã forte excuſationis cauſam habuerint intimationi

earũ referant respõsum, & ibi per notarios scribere faciant, ex quo negligentiam excusabũt, nec prædictis protestationibus cõsensum præstitisse videbũtur, alias qui non loquitur & obmutescit, iustitiã denegare videtur, vt docet Bal. in c. 1. de mili. vassa. qui con. est in vsibus feudorũ. n. 1.

Postremo aduertendũ est, quod prædictæ interpellationes locum sibi vendicare videntur, 14
quando versatur lis inter partes, alias enim iudex non tenetur officium suum nõ postulatum impartiri ad vtilitatem priuatam, vt per Bart. & docto. in l. dies cautioni. §. hoc autem. ff. de dãno infec. Vnde si per statutum imponatur iudici pœna si non administrauerit iustitiam, non eã incurrit nisi petitũ fuerit a parte: vt tradit Hyppol. in l. vnius facinoris. §. cogniturum num. 4. ff. de quæst. Secus vero in causis criminalibus ex officio iudicis peragẽdis, & in causis miserabiliũ personarũ, vel causam piã respiciẽtibus, & huiusmodi in quibus iudices nõ requisiti, officiũ suũ nõ postulatũ impartiri tenẽtur: iuxta trad. per Bar. et Alex. in d. l. dies cautioni. §. hoc autem. ff. de damno infect.

Sumaria ex Cap. sequenti.

1 *Laici Episcoporum vicarij creari non poßunt.*

2 *Laicus in temporalibus creari iudex potest ab Episcopo.*

3 *Temporalis Episcoporum iurisdictio ex l. regia per laicos, & non per clericos expedienda est.*

4 *Papa causas Spirituales laico delegare potest, & concedere potestatem inter clericos iudicandi.*

5 *Iurisdictionem ordinariam aduersus clericos, Papa principibus laicis concedere non potest.*

6 *Clericos primæ tonsuræ nondum sacris initiatos, haud iuridicundo præficiendos esse multis rationibus ostẽditur.*

7 *Sacris nondum initiati fori prærogatiua fungi debent, non tamen sunt immunes à solutione tributi, & Gabellarum.*

8 *Visitatores Sacerdotes omnino eße debent, & quid de Prouisoribus dicendum.*

¶ Laici an Episcorum Vicarij creari queãt. Et quid in temporalibus.

Cap. 11.

1 D*Einde illud non prætereundum esse duximus, nunquid laici Episcoporum Vicarij creari*

creari possint, & videtur quod non, iuxta tex. in cap. in noua. 16. q. 7. & per doctores in. c. 2. de iudicijs & late Couar. in relect. cap. Alma mater de sent. exco. §. 11. num. 3. tradit etiã Rebuf in pract. benef. tit. de Vica. Episco. num. 35. Pau. Pari. consi. 40. vol. 4. consi. nec causas criminales clericorum Episcopus laico delegare potest, & est communis opinio secundum Ripam, in cap. Decernimus nu. 34. de iud. nec iunctim cum clerico eas delegare potest, vt tradit Decius in. d. cap. Decernimus num. 5. quem refert Roan. consi. 4. num. 4. lib. 1. consi. nec clerico coniugato, vt idem Ripa docet vbi supra nu. 64.

In temporalibus autem constitui posse non dubitat Archi. in dict. cap. in noua: quem refert & sequitur Feli. in. d. cap. 2. de iud. num. 6. & Bald. ibi num. 10. Dicit quod si forte Episcopus faceret laicum vicarium suum in spiritualibus, quod verba debent in propriari & exponi: Vicarium suum, id est assessorem, quia assessores & nũtios Episcopi bene possunt eos constituere, nam officium assessoris est assistere, consulere & nõ pronuntiare, licet possit inter loqui in persona Epis- 2

Officiũ assessoris quid sit.

copi, vel sui vicarij presentis, vt passim in vtroque foro fit.

3 Hodie autem per. l. 8. tit. 3. libr. 1. colect. ista temporalis iurisdictio, ad Episcopos vtrunque spectans, per laicos expedienda & exequenda venit, non autem per clericos in sacris constitutos, licet officiales & vicarij generales vt plurimum solent constitui ab ipsismet Episcopis in spiritualibus & temporalibus simul, vt ne legi consentire videantur, vel quia iurisdictio tēporalis, vt Rebuf. docet in pract. benef. in forma Vicariatus num. 20. consistit in iuditio & extra.

In iuditio, veluti quando iurisdictionem tēporalem habent pleno iure, quo ad merum Imperium, & mixtum, & omnem iurisdictionem extra consistit in omni spetie alienationis, vt locare vel ad firmam dare census, reditus, & pensiones, vt in iuribus per ipsum adductis ad istius rei comprobationem satis videri potest.

4 Præterea Papa causas spirituales laico delegare potest. gl. in. c. 1. 94. dist. & in. c. clericū nullus. 11. q. 1. & in. c. plures. 16. q. 1. tradit Abb. in. c. decernimus, de iud. Habet enim absolutā potestatem

testatem

testatem in omnibus causis Ecclesiasticis, & per inde ex causa potest concedere principi laico potestatem inter clericos iudicandi, vt idem Abb. asseruit in cap. proposuit de conces. præbendæ nu. 5
14. Non tamen posset iurisdictionem ordinariam principibus laicis. aduersus clericos conferre, vt docet Mench. lib. 3. de test. §. 22. nu. 61. Quem refert & sequitur Julius Clarus receptarum senten. lib. 5. §. fi. q. 4. num. 8.

Obiter autem hic disserendum est, vtrum nõdum sacris insignitus creari debet Episcopi Vi- 6
carius. Et licet potestas excommunicandi, atque ab incursione censurarum absoluendi clerico primæ tonsuræ competere videatur, tãquam ad clauem iurisdictionis, & non ordinis spectans, vt latè disseruit Couar. vbi supra, & Nauar. in manua. cap. 27. num. 41. & circa absolutionẽ maius dubium versatur, vt ibi per eosdem, exindeq; aliqui Præsules clericos nõdũ sacris insignitos officiales suos cõstituere soleant, quod licet de iuris rigore facere queant.

Presbyterátum ex consilio auth. iuridicũdo præponendi

Tamen eis lubens consulerem, vt deinceps vitare elaborẽt: & præsbyteros vel saltim in sacris

constitutos, iuridicundo præponant. Et sibi in exercenda iurisdictione socios adiungãt, vt quẽ admodum in re iudiciaria sunt idem tribunal, & consistorium, sint etiam & in sacris ordinibus pares. Et hoc ipsum consilium ex eo corroborari videtur: quia non dum sacris insigniti, fori
7 *prærogatiua solũmodo frui debent seruata forma Conci. Trid. & Regni pragmaticarum, & tam tributa quam gabellam soluere tenentur, iuxta l. 2. tit. 4. lib. 1. nouæ collect. Quæ licet iuri canonico & communi doct. resolutioni aduersetur, forensis praxis eam recepit. Imo necessario seruanda est, nam quid iudicibus Ecclesiasticis proderit, pro huius resolutionis defensione cẽsuras discernere, si vim facere Regij Senatores proferant, iubeantque iuxta eiusdem legis decissionem acta secus facta ab ipsis reuocari censurarumque absolutiones impartiri debere. Unde indecens videtur, & in iurisdictionis ecclesiasticæ vilipendium, vt isti iudices gabellam persoluere teneantur & tributa, quæ pauper forsan editus sacris insignitus prestare minime astringitur.*

Corro

Corroboratur etiam efficaci tex. argumento in cap. cũ æterni Tribunal, de re iud. lib. 6. vbi iudici ordinario vel delegato, qui contra iustitiam per gratiam, vel ſordes aliquid in iudicio fecit in grauamen alterius partis, imponitur ſuſpenſio per annum ab executione officij ſacerdotalis, & ſi forſan celebrauerit irregularitatem incurrit, vt ibi Domi. ceteriq; doctores communiter fatentur. Igitur ab hac pœna liber videbitur iudex ordinarius, vel delegatus, non dum ſacris initiatus, quia tex. ſupponit hos iudices preſbyteros fore. Niſi velis dicere, quod illa ſuſpenſio ab executione officij, intelligi debeat de officio iudicandi, quod eſt impoſibile. Nam irregularitas ſecundario ibi imponitur propter ordinem ſacrum & eius celebrationem, non autem propter iudiciarium officium, idq; exequendum, & ita exponunt ibi Philipp. Franc. & commu. doctores.

Fulcitur etiam hoc noſtrum ſaluberrimum conſilium, quia his patet aditus tranſeundi ad nuptias, & abſurdum & indecorum videtur eos matrimonio collocari, qui heri ſpiritualia tra

ctare solebant, & quibus clericorum crimina, quantuncumq; enormia & occulta nota erant.

Qui etiam si forte (quod absit) in regalem iurisdictionem, vel quempiam eius officialem deliquerint, seu aliquid simile commiserint, eos capere & in vincula conijcere magistratus saeculares non verentur, vt nuper iam vidimus Vicariũ quendã generalẽ, ob delictum ab alio perpetratum, eius suasu (vt falso asserebatur) in publicum ac Regium carcerem missum in totius cleri ignominiam, ac iurisdictionis Ecclesiasticae vilipendium.

Visitatores sacerdotes omnino esse debẽt.

Unde cõc. probin. Tollet. edictũ anno, 1566. acti. 2. cap. 9. merito statuit, vt visitatores omnino sacerdotes constituantur, prouisores autẽ & Vicarij, qui vel sacerdotes sint vel intra sex mẽses ab ea die qua iurisdictione sibi cõmissa vti coeperint, & intra annum ad eadem die numerandũ, ad sacerdotiũ promoueri queãt. Et spero futuro cõcilio generali, vel ab ipsa Apostolica sede prouidendũ, vt presbyteri tantũ, vel sacris ordinibus initiati, & non alij deinceps assumantur.

Suma-

Sũmaria ex cap. ſequenti.

1 *Monachus ſimplex poteſt eſſe Epiſcopi officialis, vel ipſius officialis vices gerere.*

2 *Religioſum ordinis mendicantium Vicariũ ſuum Epiſcopus creare non poteſt.*

3 *Monachus cuiuſcunque ordinis iudex Eccleſiaſticus niſi de licentia Papæ conſtitui non poteſt.*

4 *De iure canonico prohibitum videtur ne Monachi iudices conſtituantur, aduerſus Rebuffum.*

5 *Monachum ad rem iudiciariam extollere legibus Regni etiam improbatur.*

6 *Monachum Epiſcopi obſequio ſubijci prætextu iudicãdi Conci. Trid. deciſione prohibitum videtur.*

7 *Monachus qui eſt eminentis ſcientiæ de licentia ſuperioris extra iuriſdictionalia Epiſcopo aſsiſtere, & conſulere poteſt.*

¶Monachi, an iudices Eccleſiaſtici valeãt conſtitui? Cap. 12.

PRæterea hoc loco ea quæſtio decidenda venit. Utrum monachi ad rem iudiciariam promoueri queãt? Et Rota in antiq. deciſ. 284. aliàs de offic. Vic. deci. 4. determinat: Quod Monachus ſimplex poteſt eſſe epĩ officialis, vel ipſius officialis locũ tenẽs, dũ à principio nõ opponatur, ex eo quia epĩ Monachum 1

chum simplicem potest auocare à claustro propter negocia, maxime Abbate sciente. Rebuf. autem in praxi benefi. de Vicari. Episcopi nu. 30. dixit: Quod de licentia superioris, cum iure non probibeantur, ad Vicariatum dicuntur idonei,
2 *per tradita per doctores in Clem. 2. de rescript. Et per Guid. Pap. decis. 553. licet ab hac regula excipiat religiosum ordinis mendicantium, quem Episcopus Vicarium suum creare non potest, allegans ad id Clem. 1. §. ad Prioratus de regula, quam Clem. Rebuff. male adduxit, quia ibi hoc non probatur.*

Aduer' Rebutū

Nihilominus autem Specul. tit. de iud. deleg.
3 *§. superest videre vers. nunquid, contrariam sententiam asseruit, nisi de licẽtia Papæ, quæ mihi sanior & tenenda videtur, quia à causarum strepitu seruos Dei decet esse quietos, dicit tex. in. c. vni. de Syndico. Præsertim hodie, quia per Cõci. Trid. Regularis disciplina instaurata ac reformata inuenitur, & auocare monachum à claustro, vbi iuxta regularia statuta diuinis obsequijs inuigilare debet, nihil aliud est nisi præbere illi materiã vagandi. Contra tex. in cap. quãto de*

de officio ordinarij, & similiter alio monacho eius consotio, quia solus stare non debet, iux. tex. in cap. 1. de statu Monach. Et Clem. in agro. §. ad hæc eodem tit. quod etiam esse videtur contra suæ professionis perfectionem, nam obedientiæ, castitatis, paupertatis, & alia quæcunque ordinis peculiaria vota, facile monachus infringet, si extra claustra causis, & litibus definiendis inuoluatur.

Proinde censeo quod non bene Rebuf. loquitur, dum iure non esse cautum testatur, siquidẽ tex. cum glo. in cap. monachi. 16. q. 1. expresse id prohibere videatur, & quando iure canonico nõ esset determinatum, recurrendum est ad ius Regni quod imitari tenemur. Iuxta tex. & doct. ibi in cap. 1. de no. op. nunt. Et sic est quod. l. 4. tit. 4. par. 3. & l. 7. tit. 9. lib. 3. colect. prohibitum reperitur ibi. El que fuere de religion, porque mẽguaria lo que es tenido de hazer en seruicio de Dios, y de mas seria sin razon, que el que desamparo el mundo le diessen a oyr y librar los hombres. Nec oberit dicere, quod dictæ leges loquuntur circa iudices seculares se eligendos, & tamen non exten- 4 Aduersus Rebuf.

N *di de-*

di debet ad Ecclesiasticos. siquidem prædictarũ legum ratio efficax est, & in vtroq; foro locum obtinere debet per rationis identitatem.

Et si iure Pontificio expressius non inuenitur, prohibitum erit forsan, quia prohibitione nõ fuit nec est opus: quia iura ab vsibus & necessitatibus occurrere solent. Et vnquam vtique vidimus monachos ad iudicaturas auocari, nec leges sacros ve canones profiteri.

6 *Præterea si Conc. Tri. decretũ Ses. 25. c. 4. bene perpendatur, ibi prohibitum reperitur, dũ sancta Synodus prohibet. Ne quis regularis, sine sui superioris licentia, prædicationis, vel lectionis aut cuiusuis pij operis prætextu subijciat se obsequio alicuius Prælati. Ergo si solũmodo prætextu pij operis, & accedente superioris licẽcia apud Prælatum monachus cõmorari potest, eiusq; obsequio subijci, iudicandi autem prætextu nequaquã poterit, sine Sedis Apostolicæ licentia.*

7 Concilia tio auto ris pro mona-cho in iu dicem e-ligendo.

Unde pro concordia supradictæ difficultatis, distinguendum esse putarem, ita vt de licentia superioris, posset Monachus qui est eminentissimà scientiæ & prudentiæ perornatus à claustra

auocari,

auocari, vt extra iurisdictionalia pro regimine, rectaq; Episcopatus gubernatione Episcopo consulat & assistat. Siquidem hoc pijssimũ est opus & ipsi Monacho & monasterio, non minimũ auctoritatis adferat pondus, quod ex eo comprobatur. Quia propter suam eminentissimam sciẽtiam, potest recedi à regulis iuris, vt Bal. tradit in l. sed exprobari §. amplius. ff. de excu. tut. Ea autẽ quæ sunt contentiosæ iurisdictionis, & ab opere pio penitus semota minime agat, nisi de licentia sedis apostolicæ. Et hæc de Monacho sufficiant.

Sũmaria ex cap. sequenti.

1 *Ex integritate seu corruptela ministrorum, qualis sit Præsul satis perpenditur.*

2 *Præsules pro restitutione damnorum iniuste datorum à suis officialibus tenentur.*

3 *Præsules excusantur à restitutionis obligatione pro suis officialibus, quando eos integræ opinionis elegerunt.*

4 *Non admittendam esse istam excusationem ex sententia auctoris probatur, quin ad restitutionem teneantur.*

5 *Prætores quantumcunque integræ opinionis officiales*

suos elegerint, pro eis in syndicatu tenetur.

6 *Praetores à Rege constituti, suos officiales haud syndicare possunt.*

7 *Episcopi non vtique deberent suos officiales syndicare, cum pro eis & ipsi teneantur.*

8 *Praesules syndicatui, & visitationi ob noxios fore valde opportere ostenditur.*

9 *Dignum eligere ad rem iudiciariam peragendam relicto idoniori citra peccatum est.*

¶ An Episcopi pro damnis illatis à suis officialibus teneantur, & an excusentur praeponendo eos qui integrae opinionis fuerint? Cap. 13.

1 *PRaeterea quia nulla de re certius perpendi potest, qualis sit Praesul, quam ex ministrorum integritate, aut corruptela, qui quidem membra sunt ipsius promouentis, & qualis iudex populi fuerit teles & ministri erunt, prouerb. 18. Vnde de iure diuino, naturali & humano, nihil potestatibus arctius iniunctum est, quam vt iustitiam custodiant, quae non tam legum vi, quam iudicantium prudentia, charitate & probitate custoditur*

tur, tuetur, ac vegetatur ob idq́; cautius præcaue re debent Præsules optimi, vt ad iudicandi potestatem tales sibi associent, vt Deo & suo muneri satisfaciant.

Aliás enim si illiteratos, & imprudentes iudices cõstituerint, ad restitutionem damnorum iniuste datorum pro eis tenebuntur, vt expresse tradidit Archi. in cap. si Episcopus de officio ordi. lib. 6. quem omnes docto. sequuntur ibi, & Felin. in cap. Petrus de homi. num. 9. Adde Rot. de offi. Vicarij in antiq. decis. 8. & decis. 1. eod. tit. per besignet. & decis. 6. eod. tit. in nouis, quas refert & sequitur Rebuf. in praxi benef. in forma vicari. num. 188. & Feli. vbi supra. Viden. Abiles, in cap. 4. Prætorum, glo. sea obligado, vbi multa in hac materia refert, omnia furata à Feli in. d. cap. Petrus. 7. fallentia. Sed talia furta non marentur furcam, imputet enim sibi, qui tales officiales elegit. l. cum mandato. ff. de minor. §. fin. inst. pro socio. 2

At Feli. vbi sup. n. 11. & Rebuf. n. 189. & Abil. n. 44. ab ista obligatione Pralatos excusare videtur, quando officiales literatos, probos ac 3

integræ opinionis elegerunt, quorum sentētia in hac parte amplectenda vtiq; esset & sequēda, vt forsan Præsules allicerentur, ad extollendos & promouendos iudices omni virtute & sciētia per ornatos, quales in hac parte desyderamus ac esse volumus.

Aduersus Feli. Rebuff. & Abil.

4 *Sed salua eorū pace, vtcunq; eos eligerint, pro eis in syndicatu vel extra dāna resarciri tenebūtur, nec eligisse probos, ac literatos ex mea sententia sufficiēs erit excusatio. Nā absurda res erit et maximi præiudicij, si ad repetitionem damnorū iniuste datorum, prius agendum sit de probitate ac corruptela iudicis, & eius scientia, vel ignorātia in foro prius examinanda sit, quam quis illati damni emendam consequi valeat. Præsertim quia prælati improbos quoscunque, ac ignaros iudices probatissimos esse, & omni scientia perornatos mille testibus comprobabunt.*

Ex eo etiam fulcitur nostra sententia, quia officiales & Vicarij generales præsulū, sunt idē Tribunal, idemq; consistorium cum eis, vt apertissimi iuris est, & vt plurimum apud ipsosmet cōmorantur, & continui cōmensales & familia

res

res suæ domus existunt. Et vt Feli. tradit in cap. nulli de accu. in princ. contra retinẽtem familiares criminosos præsumendum est, ac pro eis tenetur, quia ex socijs cognoscitur vita hominis. Unde offendens Vicariũ Episcopi, ipsum Epicopũ offendisse videtur, vt notat Bald. in. l. sed & si quis. § si ff. de in ius vocand. & . l. si prior. §. fi. ff. qui potiores in pig. hab. per tex. in. l. ossa ff. de relig. & sumpt. funerum. Ergo damnum à vicario Episcopi alicui illatum ab ipsomet Episcopo per identitatis rationem illatũ censebitur, exindeq; ad ipsius restitutionem adstrictus erit.

Præterea fori sæcularis experimento hæc nostra sentẽtia corroborari videtur. Rex enim Hispaniarum catholicus Prætores ad Prouintias regendas cõstituit, quibus cõmittere solet, vt literatos locũ suum tenentes assumere queãt, executores aliosq; officiales similiter creare posint. Qui quidem prætores quantũcunque expertos integreq; opinionis officiales elegerint, pro eis in syndicatu, nihilominus tenẽtur, iuxta ipsorũ cõmissiones quarũ forma in præcitato. c. Prætorũ his verbis continetur. Que busque los mejores 5

y mas

y mas sufficientes, por los quales sea obligado a dar cuenta y razõ, y satisfazer lo que ellos hizieren: Quod in Præsulibus efficaciori ratione militare debet: quia magis adstricti sunt ius suũ vnicuique illæsum seruare, & iustitiam cũctis æquo libramine ministrare, subleuando subditos à grauaminibus.

6 *Præterea iniquum esset, & tanto Rege indignum, atque ab omni prorsus ratione alienum, si ipsimet Prætores à Rege ita constituti suos officiales syndicarent, vel iudices syndicatores ad syndicandum præponerent: quia essent iudices in causa propria, ac ius sibi dicerent, quod ius nostrum abhorret. l. Vni, C. ne quis in sua causa, ius sibi di. conc. l. 10. tit. 4. par. 3.*

7 *Quibus sic prænotatis, valde quidem miror quadere in foro Ecclesiæ permittatur præsules ipsi qui Apostolica & Regia facultate creãtur, ac diocæsibus præficiuntur, suosmet officiales syndicare, vel alios ad syndicandũ nominare queãt. Quomodo ergo ex precitata resolutione ad restitutionem damnorum iniuste datorum, per suos officiales tenebuntur, si ipsimet in causa propria*

iudices

iudices existant. Præsertim quia damnum passo conceditur à iure optio contra quem velit experiri, vt in. l. vni. ff. nautæ, caup. stab. not. Abb. in. c. 1. num. 7. de rest. spol. & Bart. in. l. 1. §. familiæ ff. de publi. quos refert & sequitur Feli. in. d. cap. Petrus num. 13. Sed crederem propter eorum ingentem fidelitatem, & authoritatis põdus id permitti, sed vellem profecto, vt eo tempore quo hi officiales visitantur administrationem iustitiæ dimittant, vt libere querelæ proponantur à subditis, & veritas facilius inquiratur.

Vnde existimarem, Christianæ reipublice expedire valde, vt Episcopi omnes, eorumq́; officiales, & delegati iudices syndicatui, & visitationi obnoxij essent, iudicum autem non ab ipsismet Episcopis constituendorum, sed à Sede Apostolica eiusue in Hispaniæ Regnis Legato, seu à Metropolitano aduersus Suffraganeos suos, vel prout magis expedire videbitur. Jta vt vnusquisq́; Præsul persuasum haberet, suæ vilicationis in hoc sæculo rationem esse reddendam, ac subditis etiam compertum esset, grauamina ipsis vt cunque illata opportuno tempore & coram competẽ 8

O ti iu

tenti iudice exigenda fore. Et eo præsertim tempore id exequendum esset, quando aduersus aliquem Præsulẽ clamorosa diffamatio ad aures Principis deuenerit.

Quid enim refert quod delicta Episcoporum quæ non sunt depositione digna apud prouintiale Concilium vindicare queant. Iux.tex.in cap. quorundam. 34.dist.& cap. 5.sess. 24. Concil. Trid. Cum Synodi prouintialis congregatio difficillime & raro fiat, & sepius multos suffraganeos præsules in vna eademq; diocæsi ab humanis prius discessisse videamus, quam concilium congregari contingat.

Nec iuri aut rationi congruere videtur, vt miseri damnificati id expectare cogãtur, præsertim quia si post grauaminis cuiusuis illationem, id illico celebrari eueniat, neutiquã resarciri grauamen ibi potest, nisi innumeris expensis, & importuno labore, & extra delicti commissi locum, cuius ratione vt notissimi iuris est sortitur quis forum.

Sed obsecro, vidimus vnquam Præsulem aliquem de his impeti in Concilio prouintiali? Perpendat

pendat profecto vnusquisque vellem, si vnamquamq; diocæsim, vir grauissimus & eminentissimæ scientiæ auctoritate Apostolica & Regia forsan visitaret. Nonne aliter Episcoporum delicta vindicarentur, aut damnorum emenda consequeretur? Vnde id etiam fieret, vt Rex Catholicus Hispaniæ qui eos extulit, certior redderetur qualiter vixerint, qualesque in translationibus præferendi essent, & forsan aliquos quorum nusquam meminerat ad altiora transferret, & alijs præponeret.

Nonne potentissimi pro Reges, cuiuslibetq; supremi Senatus præfecti Illustrissimi, eiusdemq; Senatores grauissimi passim visitãtur? et alij quicũq; clarissimi viri tã rei militari, quam iudicariæ præpositi syndicatinẽ subire tenentur. Quidni Præsules? dij aliquãdo in sacra scriptura appellãtur, sed homines quidẽ sunt, & propter peccata populi & sua etiã per sepe deprauantur.

Enimuerò si certo scirent syndicationis iudicẽ aliquando esse venturum, vigilarent vtiq; ac non sinerent perfodi domũ suã, sed ei essent bene prepositi, vt Apost. monet, ac persuasum

haberent, quod plus mæroribus quam honoribus gaudere debent, nec populi sibi commissi decimas tot vigiliis ac sudoribus conquisitas inter cognatos diuiderent, sed eiusdem populi ægenibus redderent tanquam boni dispensatores, præsertim si prædecessorum vltimas dispositiones attentius considerauerint, ac earum fines prudenter perpenderint.

Sed quorsum hæc si quadruplo hæc omnia luant? cum propter peccatum citius illis mori contingat, & post aliquorum illamentabilem obitũ citra Diuinam syndicationem similium iniuriarum à Deo vindice acerrimo postulandam, ne dicam resarciri damna subditis, vt cunq; illata, imo ea quæ haud penitus intulere spoliorum bonis liberrime resarciuntur.

Huc vsq; de qualitatibus iudicum ecclesiastici fori latè disseruimus, quas optimi Præsules in associandis sibi iudicibus exacte obseruare tenentur. Quia nulla est grauior causa in principe inquit Mich. Vlcur. in tract. de Regi. mundi 1. par. 22. q. pri. Quam iudicum electionem, & in. 2. q. eiusdem. q. 1. prin. innuit iram Dei esse

præparatã contra iudices perperã eligentes, per tex. in cap. si quis hominem cum alio sequenti 11.q.3.

Sed non adeo anxie & stricte in his procedẽdum est, vt ex quocunque qualitatum excessu dicẽdum sit, eligentem iudicem dignum prætermisso digniori læthaliter peccare. Nam in hoc excessus notabilis non autem minimus solummodo considerandus est. Non enim Deus cogit nos tam anxie personas explorare, sed secundum prudentiã pro rei qualitate & conditione: prout optime explicat Domi. a Soto, de iust. & iure li. 3. q. 5. art. 2. conc. 11. 9

Summaria ex Cap. Sequenti.

1 *Salarij debiti præstatio præcipuum fundamentum esse videtur, ad inueniẽdum iudicem omni virtute perornatum.*

2 *Salaria iudicibus debentur iure ciuili, canonico, naturali & diuino.*

3 *Salaria debita tam ordinarijs quam delegatis iudicibus, præstanda sunt, ab Episcopis.*

4 *Post Episcoporum mortem salaria debita iudicibus, liberrime persoluuntur.*

5 *Salaria debita consuetudine vel principis authoritate taxanxatur, vel sunt ea quæ prædecessoribus dare consuetum est.*

6 *Salaria iudicibus Ecclesiasticis, deformiter pro vniuscuiusque meritis constituenda sunt.*

7 *Doctor qui in melius suam conditionem mutauit, non censetur sub priori stipendio reconductus.*

8 *In præstatione debiti salarij, iudicum qualitates considerandæ veniunt.*

9 *Victus etiam iudicis considerandus est.*

10 *Sportulæ vel iura actorum quæ publico tribunalis instituto taxantur in consideratione etiam veniunt.*

11 *Pauperes sportulas iudicibus non tenentur persoluere.*

12 *Nec etiam monasteria aut hospitalia.*

13 *Omnes iudices in foro animæ, & sub reatu mortalis culpæ pauperibus sportulas remittere tenentur.*

14 *Et an extrema necessitas ad id requiratur?*

15 *An sufficiat quod sit grauis vel vrgens necessitas.*

16 *Necessitas habet latitudinem nec in puncto indiuisibili consistere potest.*

17 *Arbitrio iudicis quæ sit grauis aut extrema necessitas relinquitur.*

18 *Pæne pecuniariæ quæ cameræ episcopali applicantur haud iudicibus pro iudicandi labore vel loco debiti salaria condemnaudi sunt.*

19 *Iudicibus haud competenter salariatis xenia, & mu*

nera

nera recipiendi ansa præbetur.

20 *Iudices ex l. regia nil muneris quantumcunque mini-mi recipere possunt.*

21 *Iudex mũdas habet habere manus Deo deegi & Regi.*

22 *Iudices parti danti solent esse faborabiles, non danti no-ciui.*

23 *Iudex in foro animæ non est tutus si dubius in varieta-te opinionum pro amico iudicat.*

24 *Munera quantumcunq; minima haud recipiẽda sunt â iudicibus, quia non dantur cum charitate sed per corruptionem.*

25 *Ex paruo munere quod in commæstibilibus consistit iudex non videtur corrumpi.*

26 *Munusculum quantumcunq; minimum à quibus nõ recipiendum.*

27 *Conuentio salarij minus iusto facta suppleri vtiq; debet.*

28 *Iudicem nulla necessitate cõpulsum Episcopus rogatus gratis cõstituere potest, vel diminuto salario si eiusdẽ qualitatis alij inueniri queant.*

29 *Salarij aßignatio quemadmodum fieri debeat.*

30 *Pactio salarij vtrunq; facta iuris iurandi accessione va-lidatur.*

31 *Pactio salarij diminuti etiam iuramento confirmata non releuat in foro animæ.*

32 *Salarium peti potest absque iuramenti præstiti relaxa-tione, si obligatio remittatur á parte.*

Iudi-

33 *Iudices ordinarij seu delegati Episcoporum, appellatio ne famulorum compræhendi videntur.*

34 *In salariorum pactionibus spe consequendi beneficia vel ea conferendi, quemadmodum Symonia committatur.*

35 *Iudices beneficiorum fructibus sufficienter ditati, an in foro animæ conuenta salaria petere queant.*

36 *Ex honestatis & gratitudinis ratione peti non posse concluditur, secus ex legali obligatione.*

37 *Iudex ordinarius qui propter suam ignorantiam assessorem sibi adiungit suis expensis & non partiũ eum assumere tenetur.*

38 *Et quid autem si rogatus accedet, quia iurisperitus inueniri non potest.*

39 *Et quid si salariatus fuerit.*

40 *Et quid in gubernatore seu iudice ordinario, à capitulo sede vacante constituto.*

41 *Et quid in delegato iudice.*

42 *Iudex à* Sede *Apostolica vel eius Nũtio delegatus, partium expensis assumere assessorem potest.*

43 *Et quid si iurisperitus extiterit, vel beneficium competens possideat.*

44 *Et quid in iudicibus Apostolicis in vnaquaq; diocæsi putatis iuxta decisionem Conci. Trid.*

45 *Iudex ab Episcopo ad vniuersitatem causarum delegatus ex suo non autem partium expensis assesso-*

ri stipendium præstabit.

46 *Et quid si ad vnicam tantum causam constituatur.*

47 *Et quid si iudicis ordinarij officio, vel ad partiũ instantiam mittantur.*

48 *Et quid si delegata sit specialis causa iudici qui aliâs tanquã ordinarius seu delegatus cognoscere poterat.*

49 *Iudex Ecclesiasticus qui absq; causarum probatione se pro recusato habuerit, quibus expensis assessorem assumere debet.*

50 *Et quid si loci aduocati vel assessores à parte etiam recusentur.*

De salariorum debita quantitate Ecclesiastici fori iudicibus a præsulibus præstanda, & cuius expensis assessores asumere teneantur, eleganter, ac copiosè explanatur.

Cap. 14.

SED parum refert de qualitatibus iudicum requisitis diceptasse, si vt plurimum Præsules salaria debita eis præstare recusant, cum hoc sit fundamentum & lapis coangularis ad inueniendum iudicem bonũ & æquum ac præmissis qualitatibus perornatum, ignari enim mali, atq; malo genere nati, verbis tantum constituentium pro 1

promissorijs, & si opus est gratis ad Vicariatum assumi curant, & promouentibus sepe munera præstant.

Et cùm primum illud se offert ad notandum, quod de iure ciuili salaria iudicibus præstari necessario debent. Vt in auth. vt iud. sine quo sufre. §. cogitatio in prin. Et in auth. ius iu. quod præst. ab his. §. iuro quoq; in prin. colum. 2. not. Ias. in. l. nequicquam. ff. de offi. procon. nu. 2. nemo enim tenetur suis stipendijs militare, cap. iam nunc in fi. 28. quæst. 2. Et nedum sumptus à iudice quæritur predo crasetur, cap. militare. 23. quæst. 1. muneraq; non sumptus prohibentur dicit tex. in cap. iudices. 1. q. 1. iuncta. l. plebis cito. ff. de officio Præsidis.

2 *Debentur etiam prædicta salaria de iure naturali. vt patet in regula secundum naturam. ff. de reg. iu. Item de iure canonico debentur, iuxta illud. Dignus est mercenarius mercede sua, vt in c. quicunq; 12. q. 2. & c. cum secundũ Apostolũ de præben. Item & iure diuino debentur iuxta illud sapien. 10. Mercedem laboris reddet Deus. Et illud Apostoli ad Corinth. 2. mercedẽ suam*

quisq;

quisq; accipiet secundum suum laborem.

Ex quo Episcopi tenentur suis ordinariis & delegatis iudicibus, etiam ad vniuersitatem causarum constitutis salaria debita ministrare, vt docet Spec. tit. de sala. §. porro si ordinarius. Ad de tex. & ibi doct. in cap. inter cætera de offi. ordinarij. Tradunt legistæ in. l. iurisperitos. ff. de excusat. tut. 3

At si forsan ex his aliqui sine debito salario cõstituantur, postquam enim cõclamatũ fuerit, facillime id consequentur, quãdo manu Regia magistratus sæculares demortui Episcopi spolia capiunt, & alicui fœneratori in sequestum libenter tradũt, indeq; salaria pro impenso uniuscuiusq; obsequio liberrime persoluunt. 4

Sed quot litibus heu & expẽsis hoc fit? Enimuerò si Episcopi id attentius considerauerint, curarent vtiq; dum vitam degunt plus debitò vnicuiq; impendere, quinimo quod iustum, ac iure illis debitum est, & etiam cuncta bona quomodolibet acquisita ita sancte ac iustè disponere elaborarent, vt spolia nulla cameræ apostolicæ collectoribus superessent, & latrũculis domesticis, qui obse-

quiorum intuitu cuncta suppellectilia, & occultatas aliquando pecunias subripere, & aspectare contendunt.

Obsecro vidimus vnquam Præsulem aliquem ab humanis discessisse, in cuius spolijs iurgia & litium anfractus, latrocinia aut furta desint? Sed ò vtinam piæ eorũ institutiones effectum suum consequi mereantur, vt quotidiano experimẽto docemur.

5 Quæ sũt debita salaria.

Restat deinceps animaduertendum quæ sint salaria debita, & ea esse videntur, quæ consuetudine vel Principis auctoritate taxantur. l. 1. C. de præb. sala. lib. 10. & habetur in. d. auth. vt iud. sine quo sufi. §. hæc autẽ omnia vers. nã etiã. in §. si igitur vers. sciam enim col. 2. vel sunt ea quæ prædecessoribus dari cõsuetum est, iuxta opi. Bald. in. l. viuos circa fi. C. de aduocatis diuers. iud. & Ias. in. l. diem functo. ff. de offi. assessorum nu. 12. Ex eo potissimum quia cõsuetudo semper regulatur à posteriori. l. mella. §. 1. ff. de alime. & cib. leg. & l. mater. C. ne test. defunc.

Vnde idem Bal. in. l. licet. C. de locat. & conduct. in fi. eleganter dixit. Quod salarium deputatum

tatum ſemper videtur tacite conſtitutum electo ad illam ſedem. non facta mentione ſalarij, licet iudicibus Eccleſiaſticis ſalaria difformiter conſtitui ſolent. ſecũdum vniuſcuiuſq; merita & qualitates ſupra enumeratas; quibus conſideratis per ſoluenda veniunt, & nõ aliter, vt in. l. ſalarium, C. mand. tradit Bal. in cap. cum in Ferrarienſis de conſti. nu. 11.

7 *Et Doctor qui in melius ſuam conditionem mutauit, non cenſetur ſub priori ſtipendio reconductus, vt elegãter tradit Menoch. de arb. lib. 2. caſu. 159. nu. 3. Ideo ſalaria debita iudicibus Eccleſiaſticis ex noſtra ſentẽcia, non ea ſunt quæ prædeceſſoribus dari conſuetum eſt, niſi quatenus ſucceſſores prædeceſſorum meritis & qualitatibus adæquẽtur. Extero enim iudici pinguius ſalarium conſtituetur, quam originario, & ſapienti, quam illiterato, & nobili, quam ignobili.*

Sentẽcia autoris circa ſalariorũ conſtitutionem.

Nam perſonæ conditio in hoc conſiderãda eſt, l. ſiquis. ff. de vſu fr. & . c. cum monaſterium, de ſtatu Monach. c. epiſcopus. 11. q. 2. Sed aduertendum eſt, quod ſi quis operas præſtiterit, quas ſolitus eſt locare, illi potiſsimum qui eaſdem ſolet

conducere, vt domini Episcopi eorumq́; officiales facere consueuerunt, tunc etiam si nihil fuerit de mercede conuentum solitum præstabitur, ex tacita actione locati vel conditione. l. si me & Titiũ. ff. si certum pet. vt pulchrè adnotauit Io. And. in addit. ad Spec. tit. de loc. §. postquam vers. vidi dubitari, quẽ refert & sequitur Soci. cons. 196. num. 1. circa fi. 2. vol.

8 *Proinde in assignatione seu præstatione debiti salarij, consideranda sunt omnes qualitates iudicum quas superius enarrauimus, veluti in assignatione cõgruæ portionis Rebuf. voluit in tract. congru. port. num. 63.*

9 *Victus etiam iudicis maximopere attendi debet in hac salariorũ præstatione, vt idem Rubuf. tradit in eod. tract. nu. 62. nedũ sumptus à iudice quæritur predo crasetur, ad sportulas etiã vel*
10 *iura actorũ, quæ publico tribunalis instituto taxãtur, etiã respectus haberi debet. Quia licet quid incertũ sit, potest tamen ad verisimiliorẽ summã reduci: nã paria sunt certũ esse per se vel per relationem ad aliud. l. ait prætor. ff. de re iud. & ibi doct.*

Sed non ita exacte computari debent, vt ad rationem

tionem subtilem, vel ad libellam id redigere velint: veluti aliqui Præsules huius nostræ tempestatis facere cõsueuerunt, vt diminuta inde ac truncata salaria impendere valeant, immemores forsan quod post Cõc. Trid. editionem causæ omnes matrimoniales, & clericorũ primæ tonsuræ, quibus tribunalia plena erant, sublatæ inueniũtur.

Et quod pauperes vel inopia laborantes, prædictas sportulas haud soluere teneãtur, vt in auth. de man. prin. §. si tibi quoq; col. 3. glo sing. in cap. cum ab omni, de vita & hon. cleri. Adde aliam in cap. cum instantia, verbo prægrauari de censibus. est tex. expressus in cap. statutum. §. insuper de rescrip. lib. 6. vbi Archi. & Domi. & omnes cõmuniter verum esse censent, etiam eo casu quo pauperes sponte offerant, per tex. in. l. fi. §. vt autẽ C. de re mili. lib. 12. quod latè disseruit Baeti. de deci. tuto. præstanda. c. 10. nu. 12. 11

Quod vtiq; apud Ecclesiastica tribunalia male obseruatur, quia solummodo pauperi famæ iam moribundo, siue miserrimo mendicanti sportulas indulgent, ab alijs autem vtcunq; egenis veluti canes acerrimi, qui non nisi oblato cibo man-

mansuescunt, indistinctè & immunitate quadam extorquere curant.

Et miror quidem quare hoc à Præsulibus permittatur, cum apud vnumquodq; tribunal sæculare, omnibus pauperibus, non solum extrema necessitate laborantibus, sed hospitalibus & mona-
12 *sterijs etiam diuitibus ex l. Regia. 12. tit. 2. lib. 1.*
13 *colect. aduocatum & procuratorem publicis expensis, & gratis si opus est assignare faciant, & tam iudices quam tabelliones & alij quicunq; officiales sportulas quascunq; eis condonare teneantur. Iuxta tradita per Couarr. pract. quæst. cap. 6. nu. 4. & cap. 7. nu. 3. & per Greg. Lop. l. 6. tit. 22. par. 3. in glo. magna, & per Abiles cap. 7. de los corregidores, nu. 8. tradit late Menoch. de arbit. lib. 2. casu. 369. per totum.*

13 *Et in foro animæ ad id omnes tenētur, sub reatu mortalis culpæ. Iux. opi. Host. in summa de pœni. & remi. §. quibus. vers. quid de aduocatis & Siluester in summa ver. aduocatus quæst. 28. Ang. & Rose. in suis summis eodem verbo.*
14 *Licet Caiet. in scol. 22. quæst. 71. art. 1. cum D. Thoma, ibi sic ab eo intellecto velit solummodo obli-*

obligare in casu extremæ necessitatis. Quos sequitur Nauarr. in manua. cap. 25. de peccatis aduocatorum. num. 29, & Armil. eodem verbo aduocatus, num. 12.

15 *At Domi. Soto de iust. & iure, lib. 5. q. 8. art. 1. contra Caiet. & alios asseruit, quod etiam grauis ac vrgens necessitas ad id sufficiat, quem refert & sequitur Couarr. pract. quæst. cap. 6. nu. 4. in fi. quorum opinio magis mihi placet. Et merito quidem, quia pauperi in graui necessitate cōstituto, exclusa extrema necessitate, sub eiusdem peccati mortalis reatu, de superfluis status subueniendum est: vt latè disseruit Dominus Episcopus Gien. Franciscus Sarmi. de redditibus Eccle. 4. par. c. 5. per totū. Quinimo indigēti litigatori in eadem necessitate vrgenti constituto, nō enim in toto humanæ vitæ discursu inuenietur litigās adeò pauper & egenus, qui inædia periturus credatur, si ab eo prædictæ sportulæ extorqueantur.*

16 *Rursus autem, quia necessitas habet latitudinem, nec in puncto indiuisibili consistere potest, vt idem dominus Episcopus refert vbi supra, argumento. l. ratum. ff. de solut. & l. hac actione. ff. de*

cond.trit. refert etiam & sequitur idem asserentem Pau. de Cast. in. l. si arbiter. C. de probatio. Ob idq; in supremis Regni tribunalibus statuto vel vsu obtentum est, vt ille vere pauper & egenus dicatur, ad omnia hæc gratis obtinenda, qui probauerit non habere in bonis, vltra tria millia marauetinorum.

In quo casu crederem, aliquem esse in graui
17 *necessitate constitutum, præsertim si sui status necessitas vere attendatur, quod iure ciuili iudicis arbitrio relinquitur, iux. glo. communiter receptam in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Notat Couarr. variarum resol. lib. 2. cap. 6. nu. 8. vbi alios doctores refert, hanc communem asserentes, & veluti ille qui miserabilis persona nũcupatur, quia iudicantis arbitrio etiam relinquitur. Iuxta cõmunem resolut. doctorum in. l. vni. C. quãdo Impera. & in. c. significantibus de officio delega. resoluit Menoch. de arbit. lib. 2. centu 1. casu. 66. per totum.*

Nec aliter regula certa in hoc constitui potest, iuxta tradita per S. Th. 2. 2. q. 185. art. 7. Vbi dixit quod non potest determinari quãdo sit ista neces-

necessitas, quæ ad peccatum mortale obliget, sicut nec cætera particularia, quæ in actibus humanis considerantur, horum enim determinatio ut ipsemet Thomas testatur humanæ prudentiæ relinquitur.

Præterea Soti opinio ex eo etiam fulciri videtur, quia discrimen aliquod constitui potest, inter elargitionem elemosinarum ex bonis patrimonialibus proprio labore vel iure hæreditario quæsitis: & eã quæ ex gratuita officij præstatione processerit, iudicum præsertim: qui ut plurimum officium suum petitum gratis impartiri tenẽtur, & Notariorum quibus sine aliquo studio & labore, hæc officia ab Episcopis gratis consequuntur, iux. cõmunem practicam, & decis. Conc. prouin. Tole. editi Anno. 1566. act. 2. cap. 15.

Præterea, ut prouintiam semel assumptam non deseramus: aduertendum est quod iudicibus haud competenter salariatis, ex hoc detur ansa pro quolibet crimine pœnas pecuniarias cameræ Episcopali indebitè irrogandi. Quia eas pro 18
iudicandi labore, & loco debiti stipendij Præsules eisdem condonare solent in animarum

suarum dispendium, & pauperum ac ægestate laborantium notabile detrimentum. Inter quos iure optimo similes pecuniariæ pœnæ distribuendæ veniunt, vt latè probamus infrà. 2. par. c. 11. num. 14. Ex quo. l. 3. tit. fi. lib. 8. collecti. has pœnas iudicibus cōdonare prohibuit. Et meritò quidem prohibendæ essent in vno quoq; prouinciali Concilio, etiam si ex aduerso dicatur, quod in eadem quantitate Christi pauperibus satisfieri ab Episcopis potest.

Credite mihi expertus enim loquor, vltra duodecim annos rei iudiciariæ & visitationis potestatem gessi, ab Illustrissimis Præsulibus mihi delegatam, & tandem remunerationis loco nihil aliud præter has pœnas mihi cōdonarunt, & pro collati muneris, recta expeditione: profectò vellē sumptus & expensarum partim ex re mea non impendisse, & dubius tandem & anxius sum. Vtrum domini mei in eadem condemnationum seu pœnarum donata quantitate pauperibus satisfecerint, vt liberum me esse ab hac restitutionis obligatione existimarem: at ab eorum manibus adeò inops euasi, vt præ inopia certus sim id

mini-

minime adimplere posse.

Vnde etiam fit vt iudicibus non salariatis ansa præbeatur æsculentum & poculentum, ne dicam xenia, & munera recipiendi, quæ licet iure communi videantur posse recipere, per tex. in. c. statutum. §. insuper de rescrip. lib. 6. & per glo. in dict. cap. cum ab omni, de vita & honest. cler. iuncta. l. plebiscito. ff. de off. præsid. & l. solent. ff. de off. cons. & ibi scribẽtes. Tamen de iure auth. hæc iura correcta inueniuntur, & in defectum salarij permissum videtur, ista exigere posse & non alias: iux. tex. iuncta glo. in auth. scriptum exemplar in fi. col. 2. notat Lucas de Pen. in. l. in sacris quæst. 3. de Proxene. sacra. scri. lib. 12. Et Alber. in. d. l. solent. §. nam verò nu. 5. 19

Qua distinctione præcitata iura, & doct. opiniones conciliant Auenda. in cap. 2. Prætorum num. 4. & Villadieg. contra hæret. praui. cap. 8. Sed hodie modo iudices sint salariati, modo non, nunc sint ordinarij, nunc delegati, nihil muneris quantumcunque minimi recipere possunt, etiam ab sponte dantibus, iuxta. l. 8. tit. 9. lib. 3. collect. quæ indistinctè & generaliter loqui uidetur, idque 20

recentiores fatentur, & Conciliorum statuta docent.

Et meritò quidem, quia munera excecant lumina sapientum, & mutant verba iustorum: vt Ecclesi. habetur, & Iob. cap. 8. dicitur: Ignis citò deuorabit tabernacula eorum, qui libenter mune-
21 *ra accipiunt. Et Michæ etiam habetur. cap. 3. Principes eius in muneribus iudicabant. Vnde iudex mundas debet habere manus, Deo, legi, & Regi, & nullum contingere lucrum, vt in auth. de manda. Princ. §. oportet coll. 3. Aliàs qui dona accepit, perdit officium, & secundum recepti quantitatem punitur, tex. est sing. in. l. omnes cognitores. C. ad legem Iuliam repetundarum.*

Et in syndicatu contra iudices Ecclesiæ etiam inquiritur, vtrùm ista dona aliquãdo exegerint, cum iure canonico similiter prohibitum inueniatur, vt per doctores & tex. ibi in dict. cap. statutum §. in super de rescript. lib. 6. Vbi glo. de triplici numeris specie differit: videlicet, à manu, à lingua, & obsequio, à quibus iudex præcauere debet. Et Neuiza in sylua nupt. lib. 5. num. 98. refert Iacobi. in rub. de statu. curia. dicẽtem. Quod si to-

tus

tus mundus veniret nō posset credere, quod si vna pars dat, & alia nō, certè iudex erit danti naturaliter fauorabilis, & non dans habebitur aliquali odio. Et si aliud non faciat, iudex saltim instruet dātem, & dabit ei gratiosas dilationes, & parti non danti nociuas. 22

Et re vera id sepius contingere solet apud omnes magistractus, tam fori Ecclesiastici quam sæcularis, quo sæpè litigantes fastiditi, vel desistūt à litibus, vel remittunt aliquid de iure suo, vt pulchrè adnotauit Hostien. in summa de pœnit. & remiss. §. confitendum. vers. cui Marchio. Et ad restitutionem damni huiusmodi illati tenentur, vt ibi per eum.

Insuper hoc maximopere à iudicibus præcauendum est, quia tempore sententiarum adeò inclinantur pro parte dante, vt iura & omnes opiniones quæ illi fauent videntur illis concludentes, & quod facto illius partis, qui eos munere corrupit, possunt commodè & opportunè adaptari, contrariæ autē friuolæ & inualidæ reperiuntur, & quasi per transennam eas diiudicant, præsertim 23
quia in foro animæ non est tutus, si dubius in

varie-

varietate opinionum pro amico iudicat, vt Nauarr. docuit in. c. siquis autem. nu. 130. de pœnit. dist. 7. post Adria in quolib. q. 6. art. 2. Quos refert ac sequitur Menoch. de arbitra. lib. 2. cẽtu. 4. casu. 339. nu. 12.

Vnde homines faciliter credunt id quod vellent, & quod peius, & maxime dolendum est, quod istiusmodi sæpè causas decidunt, & rectè iudicasse autumant, & in conscientia tutos seipsos reputant, imò aliquando credunt obsequium se præstasse Deo. At omnipotens ille scrutator cordium, veritatem non ignorat cui de his omnibus in vero iudicio ratio reddenda est.

Vnde Paris de Put. de Syndi. verbo consilia-
24 *rij nu. 1. dicit: periculosum esse munera à litigantibus accipere, licet modica sint, quia non dantur cum Charitate sed per corruptionẽ. Nã qui dat iudici vnam gallinam, dat cum intentione vt extorqueat ab eo bouem. Et refert quod rustici solent dicere: quod xenium intrat per portam iudicis, & diabolus exit per fenestram, & si forsam cõtra dantem sententiam protulerit, ex mea sententia incurritur infamia, quia paßim ab eodem de*

latro-

latrcinio inculpabitur, & in ſyndicatu vel alibi obijciet ei munus acceptum, & quando pro eo ſententia lata ſit, ſcrupulus aliquando manet in corde iudicis, & pars iactabunda ſepius dicere ſolet, feci quod volui.

Veruntamen quia & iure canonico iudex non 25
videtur in iuſtitia miniſtranda corrumpi ex parus munere, vt in cap. ſi quæſtiones de Symo. & in dicto cap. ſtatutum. §. inſuper de reſcrip. in. 6. veluti ſi conſiſtat in commæſtibilibus quæ paucis diebus conſumi poſſunt, vt ibi per Domi. & docto-
res. & cupidi aliquando iudices hoc iure vti ve- 26
lunt, obliti forſan eorum quæ ſupra adduximus. Lubens illis conſulerem, vt ſi fragilitate humana vel ſalarij defectu munuſcula iſta acceperint caueant prorſus ne paſsim ea accipiant, quia licèt inhumanum valde videatur à nemine accipere, ſed paſsim viliſsimum, & auarſsimum eſt. l. plebiſcito. ff. de off. Præſidis, & l. ſolent. §. fi. ff. de off. pronconſ. nec ab iniuſtè vexatis, nec ab infamibus nec à miſerabilibus, vt docet Alberi. in dicta l. plebiſcito. ff. de off. Præſidis, quem refert & ſequitur Neuiza. vbi ſuprà. nu. 99.

Ergo si munera aut xenia nullatenus iudex, nec ab sponte dantibus recipere potest, & si aliquo ei iure conceditur, in defectum debiti salarij est. Quidni Præsules salaria debita cõstituẽt eis, ne dum sumptus à iudice quæritur, predo crasetur? C. militare. 23. q. 1. Et quia cũ labor est damno mortalis, crescit agestas & demũ defalcati salarij occasione, & consulta sportularũ exactione, à quibusuis miserrimis litigantibus eas extorquere curãt, & plures lites ac forenses causas appetere & coacervare, & crimina incaute & absque personarum distinctionẽ inquirere solent. Ex quo etiam mille incommoda prodeunt, culpa forsan Præsulum ac principum, qui hac ætate eadem volunt stipendia iudicibus prebere quæ olim eisdem præstabantur. Quæ damna debiti salarij præstatione vtique cessarent. Et vt penitus euitarẽtur, & iustitia exacte seruaretur, vellem, vt lege lata cõstitueretur, ne vllũ sportularum genus ordinarij iudices Ecclesiæ à partibus exigerent.

O summe Deus quot bona ex hoc reipublicæ obuenirẽt: perpendat obsecro vnusquisq; vellem absque eo quod magis consuetudine quàm iure

exoluuntur, vt infra latè docemus numero.36.

Nonne Regij Senatores clarissimi, alijq; iudices æquissimi: constituto salario contenti absq; aliqua sportularum solutione gratis prudenter ac lubens iustitiam cunctis ministrant? Quid ni Ecclesiæ iudices facerent? Cum Hispani Præsules pinguius illis salarium potioraq; beneficia condonare valeant quam Rex ipse Catholicus suis quibusq; iudicibus.

Propterea in hac salariorum materia, illud est prænotandum, quod si nulla facta salarij debiti conuentione iudicandi muneri aliquis præficiatur, adhuc integrum deberi arbitrio boni viri non dubitatur. Iuxta ea quæ superius tradidimus, & tenet Federicus consi. 18. in quo nullum versatur dubium. 27

Si autem minus iuxto conuentio facta sit inter promotũ & promouentẽ, suppleri vtiq; debet ex eo qui nulla facta conuentione debiti salarij integrũ persoluẽdum est. Igitur & id quod iusto defuit, vt Ang. & Syluest. resoluunt in summa 28

verbo familia, sequitur Nauar. in manua. cap 17. num. 18.

Licet Soto de iust. & iure lib. 5. quæst. 3. art. 3. in responsione ad. 1. argumentum asseruerit contrarium, ex eo videlicet, quia si conuento salario quantumcumque diminuto non est contentus non fit illi iniuria, cum non rogatus accedat & possit libenter abire, & alibi stipendium aliud quærere.

At vero Soti & aliorum controuersia versatur circa famulos conductitios & stipendiarios qui obsequiorum intuitu conuentione facta conducũtur, secus vero in assumendis iudicibus erit,
29 *in quibus præcitata Soti opinio tũc obtinebit quãdo rogatus Episcopus iudicem constituerit nulla necessitate compulsum, alijq; eiusdem qualitatis & literaturæ inueniri poterant, qui protinus eodem salario & tenuiori forsan officium acceptare volebant, nam tunc diminuto salario assumi possunt. Presertim, quia vt in initio huius libelli diximus iudicare honor & dignitas est, & si laboris aliquid in iuridicendo impenderint sportularum lucro quod exinde percipitur compensabitur.*

tur; maxime ſi originarios iudeces aſſumere deceat, ijs enim in patria nuſquam defuit, vnde cõgrue & honeſte viuant, vltra honeſta lucra & ſportulas quæ ex officij munere prouenire ſolent.

Sed quando hoc Domini Epiſcopi exacte obſeruabunt? niſallor in hoc ſummopere decipiuntur, credentes vtiq; exteros vel alios digniores haud inuenire poſſe, & quod non teneatur (vt ipſimet inquit) inquirendo vagari.

Sed heu eximios inquirunt muſicos, eoſq; ab alienis longeq; diſtantibus Eccleſijs ſubtrahunt, vt ſuis vel ſibi inde ſeruiant, eis ſalaria ſupramodum augendo, quos nempe ab Eccleſia Dei exterminandos eſſe putarem, illos autem qui totius diocæſeos tam in ſpiritualibus quam temporalibus gubernationem gerere habent ipſorum conſcientias & onera ſubleuando ne dum inquirunt imo nec eis ſtipendia debita impendere, nec beneficia vacantia conferre curant.

Præterea hæc ſalariorum aſſignatio ſeu con- 30
uentio ſimplici verbo hinc inde fieri ſolet, & priuatim deſcribi faciunt in ſalariorum rotulis ſiue voluminibus, quibus fides adhibenda eſt, abſque

alia obligationis solemnitate. Licet aliquando cauti ne dicam cupidi Præsules in authenticam formam eam pactionem redigere iubent, & ita paciscuntur, vt qui assumendus erit in iudicem præstito iureiurando promittat nihil amplius pe tere, & constituto ab eis salario quantumcumq; diminuto se contentum subscribat.

31 *Quam vtiq; pactionem iurisiurandi occasio ne validari non dubium est, quia secundum iuris regulas, contractus inualidus iuramenti reli-gione vallatur, tex. in cap. licet mulieres de iure iur. in. 6. auth. sacramenta puberum. C. si aduer-sus venditio. Quod validiori argumento fulci-tus, cap. quamuis pactum de pactis in. 6. vbi filia cũ patre conuenit, vt contenta eo quod dotis no-*
32 *mine ei dederat, nihil amplius peteret. Quod pa-ctum inter patrẽ & filiã licet à lege ciuili impro-betur, si tamen iuris iurandi interposita religio-ne confirmatum sit, seruãdũ esse tex. constituit. Quinimo pactionem inter Episcopũ & eius vi-cariũ: sed hac pactionis forma licet iuramento vallata nõ vtiq; crederẽ Episcopos esse in cõscien tia tutos, quin restituere teneãtur id quod debito salario subtraxerunt.*

Pro-

Proinde sepe euenit, vt instante iam morte cõscientias suas exonerare cupiant, & vltimi sui elogij capite aliquo oĩa subtracta vel diminuta salaria famulis restitui atq; redintegrari iusserint 33

Vnde oritur dubiũ vtrum iudices ab eisdem deputati hoc suffulti capite, absq; præstiti iuramẽti debita relaxatione, & periurij incursione id petere, & in iudiciũ deducere queãt? Et videtur dicendũ quod sic: quia si priuatus in cuius fauorẽ iuramentũ præstitũ est, obligationem remittat satis censetur iuramẽti vinculum esse remissum, sicuti expressim probatur in cap. 1. de iur. iur. Et cap. 2. de spons. & ibi doctores. Vide optime per Oldrald. cons. 241. & per D. Tho. 2. 2. quæst. 89. art. 9. not Bern. Diaz in reg. 388. & Rubeus in repetitione rub §. 45.

Cæterum huc potissimũ spectat aduertendũ. 34 *Vtrũ iudices ordinarij vel delegati Episcoporũ veniãt appellatione famulorũ? Et Phili. Prob. in additionibus ad Ioã. Mona. in. c. succedẽdos de scima li. 6. n. 8. definiẽs verũ familiarẽ. Eũ esse dixit, quẽ superior circa se & sui cultus causa tenet, & cõtinuus commensalis suæ domus existit*

per

per tex. in cap. fi. de verb. sig. in. 6. Et idem num. 9. prosequitur dicens: Quod officialis qui est in Cancellaria seorsum tamen a communi mensa domus Domini, quia eius seruitio insistit, est verus familiaris.

Confirmatur ex eo, quia seruus Vicarij appellatur seruus ordinarij, & seruus Domini. l. Dominus. §. 1. ff. de pecu. leg. Fulcitur etiã ex eo quod Gometius dicit in probe, reg. cancell. in fin. litera. F. videlicet quod scriptores auditores referendarij & alij officiales dicuntur familiares & continui commensales Cardinalium.

Id etiã cõprobatur ex eo, quia ex cõmuni vsu loquendi hi delegati vel ordinarij iudices Episcoporum famuli nuncupantur sicq; validum est argumentum in iure ab vsitatis & consuetis fieri. Et parum refert quod non sint in actu continuæ commensalitatis, cum sint in potentia, & quotienscumque ad domum Domini accedunt & commorantur, & ad restitutionem debiti salarij consequendum vel alium quemlibet effectũ satis sufficiens est eorum obsequium, imo efficacius & remuneratione dignius quam id quod ab

alijs

alijs famulis continuisq; commensalibus impendi potest, tam iurisdicundi causa: quam literaturæ & aliarum qualitatum ratione.

Rursus illud in hac parte non prætermittendum est, quod si nulla facta stipendij conuentione iudex se eligatur, vel facta sit longe minus iusto, spe & intentione cõsequendi beneficia aliqua Ecclesiastica, vel illa conferendi in satisfactionẽ obsequij collatori impensi nulla etiam accedente expressa pactione, symonia commiitttur, nisi ex causa impulsiua vel secundaria moueantur, vel nisi collatio fiat ex morali abligatione, quæ procedit ex honestate, & gratitudine ad remunerationem: iuxta tradita per docto. in cap. cum essent de Symo, & late per Couar. var. resol. libr. 1. cap. 20. num. 3. & 4. 35

In quo nullum in est dubium, in eo autem nõ minimum versatur, vtrum si facta conuentione pro iusto & debito salario. Episcopi (vt solent) suis ordinarijs vel delegatis iudicibus, ex honestate seu gratitudinis causa beneficia conferant, quorum Ecclesiastici reditus ad subeunda officij onera satis suppetant, ex indeq; congruenter viuere 36

S valeãt

valeant, conuenta salaria in foro animæ iudices petere ac obtinere iuste queant.

Et videtur dicendum quod non ex decisione tex. in cap. cum ab omni, de vita & honest. cleri. dum dicit tex. nos attendentes quod ad hoc vobis & alijs clericis sint Ecclesiastici redditus deputati, vt ex ipsis honeste viuere debeatis, &c. Mandamus quatenus ab huiusmodi exactionibus de cætero abstineatis vigorem iuditiarium gratis studeatis litigantibus impertiri. Adde gl. sing. in c. statutũ. §. insuper de rescrip. in. 6. quæ refert, Hostien. dicentem. Delegatos Papæ peccare si recipiunt expensas, ex quo habent beneficia sufficientia.

Ecce quomodo obtinentibus beneficia Ecclesiastica, ex quorum fructibus commode ali possint percipit tex. gratis iustitiã ministrare, quod in summario ipsius tex. clarius dilucidatur. Et nõ obstat dicere, quod tex. loquatur de exactionibus decimæ, vel quotæ litis, vt quidam asseruare. Quia iuxta opinionem Abb. ibi, num. 10. propter verborum generalitatẽ quæ in eodẽ tex. cõtinẽtur, oẽs etiam sportulæ & litiũ sumptus comprehen

prehendi debent. Idem voluit Speculator tit. de salari, vers. quod si alicui in fine, loquendo circa delegatum Dñi Papæ. Qui cũ habeat beneficiũ, vnde possit sustentari, nõ debet salariũ nec expẽsas percipere. Et licet forensis praxis contrariũ admiserit, potius consuetudini quam iuris dispositioni tribuitur. Quam consuetudinem adhuc Romanus in sig. 180. improbat contra Speculatorem quem sequitur idem Panor. vbi supra eodem n. 10. Vbi etiam subiũxit ex codẽ tex. quod nec ordinarius nec delegatus possunt petere aliquid pro iudicandi labore: at consuetudo seruanda est quæ iuri etiam eniti potest.

Nec etiam dicere obstabit, quod à litigãtibus aliquid petere non autem salaria ab Episcopis exigere prohibet tex. siquidem sportulæ à litigantibus exoluendæ magis eradicatæ in vsuq; receptæ sunt quã iudicũ salaria à Præsulibus persoluẽda. Et nõ vtiq; vigorẽ iuditiariũ impertirentur gratis, si beneficiorum prouentibus ditati adhuc vellent stipendia seu salaria percipere: præsertim quia vt iam sepe diximus, iudicare honor & dignitas est, & pro consequenda

 digni-

dignitate, vel honore obtinendo, aliquid potius cõdonandum esset quam accipiendum.

Præterea si aliquis obiecerit, quod in iuridicũdo labor etiam & non exiguus inest, vt Menoc. resoluit de arbit. q. 41. num. 4. qui mercede vel stipendio dignus est. Adhuc dicendum videtur, pro isto labore nihil exigendum est, vt supra conclusimus ex doctrina Panormitani.

Deinceps argumento tex. nostra sententia fulcitur, in. c. inter cetera de off. ordinarij. Vbi tex. de visitatoribus differens, subiungit hæc verba: quibus ipsi cum indiguerint congrue necessaria subministrent, nec pro necessariorum defectu cõpellantur desistere ab incepto. Igitur si non indiguerint nõ opus erit eis necessaria subministrare.

Et non obstabit dicere, quod ij qui visitandi sunt iure teneantur visitatoribus procurationẽ porrigere, quia hæc pro victualibus tantum exoluenda venit, pro alijs autem visitatorum sumptibus & expensis si eis indigeant Episcopi tenebuntur: iux. tradita per doctores cap. inter cetera, & per tex. expressum in cap. si Episcopus de officio ordinarij lib. 6.

 Nec

Nec etiam dicere obstabit quod tex. de visitatoribus loquitur, non autem de iudicibus fori Ecclesiastici, siquidem omnes Episcoporum vices gerunt & iurisdictionalia pariter exercent, eademq; ratio in vtrisq; militare videtur, & praesertim in iudicibus locum obtinebit: qui vt plurimũ domi vel apud ipsosmet Praesules sedendo & quiescendo ius dicere solent. Visitatores autem sumptibus immoderatis totam diocaesim annuatim percurrendo.

Et deniq; fulcitur hoc, quia si ex honestate et gratitudine Praelatus potest absq; Symoniae labe suis officialibus beneficia conferre, vt supra probauimus, quid ni officiales ex eadem met gratitudinis & honestatis ratione, cum iam tot beneficiorum prouentibus ditati fuerint, non abstinebunt ab hac salariorum exactione.

Quod vtiq; affirmare ausus fuissem, cum ex eadẽ met honestatis & gratitudinis ratione procederet, at in foro animae, & ex mera & legali obligatione: non obstantibus superius adductis cõtrarium credere esse verius, nisi eo casu quo beneficia iudicandi onus habeat annexum, de quibus 37

benefitijs nisallor tex.in præcitato cap. cũ ab omni loqui videtur, vt ex Panor.ibi.num. 12.in fi. colligi potest, vel nisi Episcopus pauper esset, ita quod Episcopatus prouẽtus adeò sint tenues, vt hæc onera haud sustinere queat, vel in casu suprapositonum.29.

38 *Cæterum pro complemento huius cap: nõ immerito ea quæstio decidenda venit. Nunquid iudex Ecclesiasticus qui illiteratus extiterit, et propter suam ignorantiam assumit sibi assessorẽ pro decisione causarum teneatur soluere illi assessoriam de suo an à patribus extorqueat, vt passim in curijs Episcopalibus fieri solet?*

Et ex mea sententia distinguendum esse crederem inter iudicem ordinarium & delegatum, si ordinarius vtiq; fuerit de suo assessori stipẽdia præstabit, quia debet habere cõsciẽtiã discernendi vt in.c.1.de consang.& offi.& in cap.1.in fi.de consecratione dist.6.ac iurisperitum esse debet, canonum statuta minime ignorare, vt supra late conclusimus in.c.3.num.8. Imputet enim sibi si literatus non fuerit & iudicandi munus indigne susceperit. ¶ Et hanc partem in spetie fir-

firmat Spec. in tit. de assessore. §. salarium vers. sed nunquid, sequitur & Panor. in cap. cum ab omni supra allegato nu. 14. Non enim rationi congruit, vt litigantium expensis imperitia ordinarij suppleri debeat, cum ipse potius debeat occurrere expensis & laboribus partium, iux. tex. in cap. cum te consulente de offi. deleg. & in cap. vt debitus honor de appellat. hanc eadem partem probat. l. 9. tit. 5. lib. 3. nouæ collect. quæ sub pœna quadrupli & ommissionis officij statuit, ne iudices tam ordinarij quam delegati qui vel sunt literati, vel salariati pro examine processus vel sententia proferenda assessoris à partibus extorqueant.

Secus autem esset si alicubi iurisperitus inueniri non potest vt ordinarius constituatur, 39
& illiteratus, vel parum peritus rogatus accedit. Quia non cogitur suis stipendijs militare nec de suo inuitus beneficium facere, vt in cap. cum ex officij de rescript. & cap. cum sit Romana de Symonia, & cap. charitatem. 12. quæst. 2. Sed tūc Prælatus tenebitur præstare assessoribus salarium; nam ideo posi-

benefitijs nisallor tex.in præcitato cap. cũ ab omni loqui videtur, vt ex Panor. ibi. num. 12. in fi. colligi potest, vel nisi Episcopus pauper esset, ita quod Episcopatus prouẽtus adeò sint tenues, vt hæc onera haud sustinere queat, vel in casu suprapositonum. 29.

38 *Cæterum pro complemento huius cap: nõ immerito ea quæstio decidenda venit. Nunquid iudex Ecclesiasticus qui illiteratus extiterit, et propter suam ignorantiam assumit sibi assessorẽ pro decisione causarum teneatur soluere illi assessoriam de suo an à patribus extorqueat, vt passim in curijs Episcopalibus fieri solet?*

Et ex mea sententia distinguendum esse crederem inter iudicem ordinarium & delegatum, si ordinarius vtiq; fuerit de suo assessori stipẽdia præstabit, quia debet habere cõsciẽtiã discernendi vt in. c. 1. de consang. & offi. & in cap. 1. in fi. de consecratione dist. 6. ac iurisperitum esse debet, canonum statuta minime ignorare, vt supra late conclusimus in. c. 3. num. 8. Imputet enim sibi si literatus non fuerit & iudicandi munus indigne susceperit. ¶ Et hanc partem in spetie

fir-

firmat Spec. in tit. de assessore. §. salarium vers. sed nunquid, sequitur & Panor. in cap. cum ab omni supra allegato nu. 14. Non enim rationi congruit, vt litigantium expensis imperitia ordinarij suppleri debeat, cum ipse potius debeat occurrere expensis & laboribus partium, iux. tex. in cap. cum te consulente de offi. deleg. & in cap. vt debitus honor de appellat. hanc eadem partem probat. l. 9. tit. 5. lib. 3. noua collect. quæ sub pœna quadrupli & ommissionis officij statuit, ne iudices tam ordinarij quam delegati qui vel sunt literati, vel salariati pro examine processus vel sententia proferenda assessoris à partibus extorqueant.

Secus autem esset si alicubi iurisperitus inueniri non potest vt ordinarius constituatur, 39
& illiteratus, vel parum peritus rogatus accedit. Quia non cogitur suis stipendijs militare nec de suo inuitus beneficium facere, vt in cap. cum ex officij de rescript. & cap. cum sit Romana de Symonia, & cap. charitatem. 12. quæst. 2. Sed tūc Prælatus tenebitur præstare assessoribus salarium, nam ideo posi-

posident Episcopatuum redditus, vt suo sumptu iustitiam ministrare faciant, argumento authen. vt iudi. sin quo sufi. in prin. coll. 2. & auth. de iudi. §. hæc autem facit. l. 2. §. hoc autem. C. de offi. præf. præt. Afri. nisi competens salarium asignatum habuerit, quia inde assessori præstabit, argumento supradictæ. l. 9. nouæ collect.

40 *Si autem Episcopus adeo pauper fuerit, vt Episcopatus prouentus non suppetierint, ad præstanda supradicta salaria, partes tunc præstare pro assessore tenebuntur.*

41 *Idem etiam obseruandum videtur in gubernatore seu ordinario iudice à capitulo sede vacãte constituendo, dum capitulum ipsum, nec ex suo nec ex bonis vacantis Ecclesiæ aliquid præstare assuescat, & quando iurisperitum rei iuditiaria idoneum inuenire non posit.*

42 *In delegato autem iudice maius dubium versatur, pro cuius dilucidatione subdistinguendũ esse videtur, quia aut est delegatus à sede Apostolica, & eius Nũtio, aut ab ipso loci ordinario. Primo enim casu, quia similes delegationes committi solent à Sede Apostolica & eius legato dignita*

nitatem obtinentibus, iux. decisionem tex. in c. statutum de rescrip. lib. 6. qui vt plurimum iu- 43
ris videntur esse ignari, & in causarum expeditione inexperti, associabunt sibi expensis partiũ assessores per tex. in dicto cap. statutum. §. assessorem, vbi vide scribentes & Panor. in cap. sciscitatus de rescrip. nu. 15 infi.

Si autem delegatus hic iurisperitus extiterit 44
nihil nomine assessorum petere potest, vt idẽ Spec. asserit in. d. tit. de assessore. §. salariũ in prin. vel si benefitium possideat vnde competenter sustentari valeat, vt idem Spec. probare videtur in tit. de salar. in prin. & in vers. quid si alicui scolari in fine & circa Prouisores & Vicarios generales vbi ex delegatione Apostolica eos de quibuscumq; causis cognoscere contingat, nihil assessoris ratione etiam ab sponte dantibus accipere statuit concilium prouintiale Tolet. editum anno 1566. acti. 2. cap. 10.

Idem obseruandum crederem in iudicibus in 45
vnaquaq; diocæsi ad causas Apostolicas deputatis, iuxta decisionẽ Conci. Trid. sess. 25. cap. 10. quia qualificati esse debent, & vt plurimum

literati & beneficiati se eliguntur.

46 *Si autem ab ordinario delegatus extiterit, iterum distinguendum esse videtur, quia aut delegatio fit ad uniuersitatem causarũ vel ad unicã tantũ & specialẽ causam, primo casu de suo præstabit delegatus, quia loco ordinarij habetur, & vice eius fungitur, iuxta glo. sing. & doct. ibi in l. 1. ff. de offi eius cui mandata est iurid. Et late per Feli. in cap. causam matrimonij de officio delegati num. 8. adde aliam glosam non minus singularem in cap. statutum. §. in super de rescript. in. 6. glo. magna circa medium.*

Confirmatur hoc, quia huiusmodi delegati iuris prudentiam habere etiam debent, & causarũ matrimonialiũ cognitio his etiã cõmitti solet ac salarium debitũ præstari, vt supra late tradidimus. Quod etiã fulcitur ex eo, quia quando iudex ordinarius dat delegatũ debet ei facere expẽsas iuxta glo. sing. in dict. cap. cum ab omni verbo propter expensas.

47 *Secundo casu si delegatus ad spetialem tantum causam constituatur: aut fit ex officio constituentis, vel ad partium instantiã, primo casu*

modo

modo delegatus sit literatus modo non, constituẽs non solũ pro assessoribus & cõsiliarijs, imo totius delegationis expensas præstabit, vt probatur in præcitata glosa dict. cap. cum ab omni verbo propter expensas faciunt. l. 7. tit. 17. p. 3. & Greg. Lop. ibi & l. 5. tit. 1. lib. 8. nouæ colle. Quibus cauetur, vt si rex constituat ex officio visitatores prouinciarum siue delegatos iudices, quod ipsius expensis mitti debeant.

Secus vero esset si ad partium instantiam 48 *constituerentur, quia eorum expensis omnia expediunt, & assessoribus si eis opus fuerit salarium impendent, vt in præcitatis legibus* Regni *habetur, &* Gregor. Lopez *notat in dicta l. parti. vbi addidit: quod etiam resarciri debet de bonis delinquẽtium, vt ipsa quotidiana praxis recepit.*

At si delegatio alicuius causæ spetialis cõmit- 49 *tatur officiali, in qua sine speciali delegatione aliàs iudicare poterat virtute suæ commissionis, adhuc pro assessore nil extorquere debet, vt notat* Felin. *in cap. de hoc, de* Symonia, *quem*

refert

refert & sequitur Abiles in cap. 9. Pretorum gl. commission num. 1. Quia non obstāte dicta spetiale commissione videtur tanquam ordinarius, & non velusti delegatus procedere. Idem esset in delegato ad vniuersitatem causarum quando ei spetialis causa ab ordinario committitur, aliàs ad suam iurisdictionem spectans.

Sed non abs re hoc loco discutere conuenit, si
50 *iudex Ecclesiasticus (qui non nisi ex iustis & probabilibus coram arbitro causis recusari potest) absq; earum expressione seu probatione se pro recusato habuerit, assumet sibi assessorem suis expēsis an partis eum recusantis?*

Et videtur dicendum quod ipse iudex soluet de suo, quia recusans tenebatur suæ recusationis causas ædere ac probare, quibus probatis crederē profecto nō esse astrictum salarium assessori impendere, quia nemo sub homine suspecto litigare cogitur, & præsertim quia suspitionis causa ex parte iudicis non autem ex parte recusantis causatur, & cum se iudex pro recusato habuerit longe melius est, ac si recusationis causæ probarentur, nam se iuste recusatum fateri videtur.

Nec.

Nec oberit opponere de contraria praxi fori sæcularis, quia ibi ad libitum collitigantiũ unusquisq; iudex recusatur, secus in foro Ecclesiastico.

Unde si loci assessores etiam recusauerit & processus alibi mittendus sit, itineris expensas soluet recusans & assessoris salarium recusatus iudex. 51

Et demum quia nostræ intentionis non est lectorem fastidiri, his quæ iam dicta, & doctoribus sepius repetita sunt. sed ea tantũ tradere quæ magis ad quotidianam praxim conducere videntur: Salariorum materiæ finẽ imponimus. Alia autem quæ huic loco opportuna videntur, veluti si hæredibus iudicis præmortui salarium debeatur, vel an defalcari debeat pro tẽpore absentiæ, vel infirmitatis seu minui, vel augeri debeat, quã do labor minui augeriuè contigerit, & si ab officio propter culpam iudex remoueatur an illi soluendum sit vel non, & alia huiusmodi in locis ordinarijs facile inuenientur, eo lector recurrat, & videat Menoch. de arbitra. lib. 2. centu. 3. casu 223. per totum.

DIRECTORII iudicum Ecclesiastici fori, secunda pars.

Summaria ex initio secundæ partis.

1 *IUdices Dei ministri interris appellantur, & eorum iudicium censetur predire vultu Dei.*

2 *Iudices proviribus debent Deum imitari, & præoculis semper habere.*

3 *Veritas & æquitas sunt duo lapides coagulares, quos quilibet iudex subsequi tenetur.*

4 *Veritas est mater iustitiæ.*

5 *In criminum animaduersione non seueritate nimia, aut æquitate, sed perpenso iudicio iudicandum est.*

6 *In leuibus delictis ad Clementiam proniores iudices existere debet, quia pudor in eis pro pœna imponi potest.*

7 *In grauioribus autem seueritatem adhuc cum temperamento subsequi tenentur.*

8 *In criminalibus ita iudices se habere debent, vt nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.*

9 *Adducitur Concilij Tridentini decisio, circa normam in criminum punitione seruandam.*

10 *Clericorum correctio, non verberibus, sed verbis fieri debet.*

11 *Episcopus qui quærit, potius verberibus quam verbis, ab officio deponendus est.*

12 *Nimia indulgentia datur iterata occasio flagitia committendi.*

13 *Iudex est pestis reipublicæ, qui reos cum rigore nõ corrigit.*

14 *Æquitas non à capite & imaginaria esse debet, sed à iure & ratione regulata.*

15 *Iudices non ad punitionem & vindictam principaliter attendere debent: sed ad emendam & correctionem malorum.*

16 *Subditi corrigendi sunt debito correctionis zelo, magis quam odij fomite aut lucri causa, vel eis dominandi occasione.*

17 *Traditur iudicibus norma ab eis in iudicando seruanda.*

De norma in iudicando à iudicibus seruãda summatim discutitur.

¶Initium secundæ partis.

HActenus de qualitatibus iu-
dicum Ecclesiasticorum, deq;
eorum debitis salarijs disser-
tum est, superest nunc vt nor
mam ab eis in iudicando ser-
uandam præscribamus. Et
quia actus iudicij authoritasq; iudicandi est quæ
dã potestas delegata, seu collata hominibus à deo
Ideo appellãtur ministri Dei in terris: iuxta tex.
sing. in cap. non solum, & cap. qui malus. 24. q. 1
5. quorum iuditium censetur prodire de vultu
Dei, vt habetur in cap. vt nostrum in princip. de
appellat.

Proinde discreti iudices pro viribus debent
eũ imitari, & præ oculis semper habere, quia vbi 2
Christus non est fundamentum, nullum boni o-
peris superet ædificium, c. cum Paulus. 1. quæ. 1.
Omniaq; recte & competenter geruntur si prin-
cipium sit decẽs & amabile Deo, vt in auth. quo
modo oport. Episcopos & cete. cleri. ad ordi.
promo.

Cui præstantissimo fundamento mire coaptã 3
tur duo lapides coangulares, veritas nempe &

æquitas, quos quilibet iudex exactissime custodi-
4 *re & subsequi tenetur, vt eleganter tradit Bald. in cap. quoniam contra de probat. Et potissimũ veritatem quæ tanquam iustitiæ mater in omnibus principatum tenet, & a quocumq; colenda ac tuenda est, cap. quæritur. 24. q. 8. & Isidorus de summo bono exclamat dicens: O quam magna est vis veritatis, quæ omnia ingenia, astutias & calliditates superat, quæ contra ficta simulataq; figmenta se ipsam defendit, quæ post Deum colenda est: Imo ipse Deus Joan. 14. dicit ego sum via veritas & vita.*

5 *Præterea hoc suffulti fundamento circa criminũ animaduersionẽ, non inanis gloriæ cupidi seueritate vtãtur, nec iniusta misericordia moti leuiorẽ pœnã quã ipsa delicta deposcunt infligant. Quia seueritas, aut clementia gloriæ affectanda non est, sed perpenso iuditio, prout vnaquæq; res expostulauerit statuẽdum siue dijudicandum, iuxta tex. sing. in l. respiciendum. ff. de pœnis.*

6 *In causis vero leuioribus, faciliores ad gratiã clementiamq; proniores existant: nam pudor in leuibus*

leuibus delictis pro pœna imponi potest, glo. in. c. si quis. 2. q. 8. In grauioribus autem seueritatem legum adhuc cum temperamento subsequātur: vt docet. l. Pedius. §. 1. ff. de incend. rui. & nau. Aduertātq; ad decisionem. l. 2. ff. de custo. reo. qua seuientibus iudicibus freni temperies imponitur, & æquitas iuxta opinionem Panorm. in. c. fi. de transact. num. 6. est iustitia dulçore misericordiæ temperata. Et Specul. eam definiēs in tit. de dispen. §. 1. vers. æquitas, dicit. Quod est rationabilis modus continens misericordiam & rigorem.

Et ita se habere debent in administranda in criminibus iustitia, vt nec rigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. Sunt namq; non nulli dicit D. Gregorius in morali. lib. 19. par. 4. cap. 23. ita districti: vt etiam omnem mansuetudinē benignitatis amittant. Et sunt nonnulli ita mansueti, vt perdant districti iura Regiminis. Et in capit. omnis. 45. dist. eiusdem Greg. hæc verba habentur. Omnis qui iuste iudicat stateram in manu gestat, in vtroque penso iustitiam & misericordiam portat, sed 8

per iustitiam reddit peccati sententiam, per misericordiam peccati temperat pœnam, vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per misericordiam indulgeat.

9 *Sed quorsum hic amplius immoramur, cum istam iudicandi normam aureum Concilij Trident. decretum sess. 13. c. 1. de refor. sub breui cõpendio mire comprehendat, censens admonendos esse iudices: vt se pastores non percussores esse meminerint, atq; ita præesse sibi subditis opportere, vt non eis dominentur, sed illos tãquam filios & fratres diligant, elaborentq; vt hortando & monendo ab illicitis deterreant, nec vbi deliquerint debitis pœnis eos coercere cogantur. Quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis seruanda præceptio, vt illos arguant, obsecrent, increpẽt in omni bonitate & patientia, cum sepe plus erga corrigendos agat beneuolentia, quam austeritas: plus exortatio, quam comminatio, plus charitas, quã potestas. Sin autem ob delicti grauitatem, virga opus fuerit: tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iuditiũ, cum benignitate seueritas adhibenda est.*

Ex

Ex quo niſi fallor obnoxium eſſe videtur, virũ
ſtatim pro vno delicto puniri: cum potius ſit ex- 10
peſtandus & corripiendus, iuxta tex. in cap. ple-
rique 6. diſt. Et charitatiua monitio debet præce-
dere denuntiationem, non ex odij fomite, aut pro
pter lucrum temporale, vt elegãter notat Ana.
in cap. licet hely. de ſym. num. 3. & præſertim cle
ricorum correctio: quæ non reales, ſed verbalis,
id eſt non verberibus ſed verbis fieri debet, vt in
cap. 1. 2. & 3. 45. diſt. Vnde Epiſcopus qui quæ- 11
rit timeri potius verberibus quam verbis, ab offi-
cio eſt deponendus, iuxta tex. in cap. Epiſcopum
eadem diſt. Not. Berta. in tract. de Epiſcopo 3.
p. lib. 4. num. 25.

Sed non adeò beneuoli videri appetant, vt cũ-
ctis indulgeant: nimia enim indulgentia datur 12
iterata occaſio flagitia committendi, c. de his. 50.
diſt. nec eſt miſericors, qui vitijs nutriendis par-
cit, iuxta tex. in cap. qui vitijs. 23. q. 5. Unde ly-
curgus nocentium remiſſio (inquit) improborũ
ſtudia ad peccandum excitat. Et D. Greg. in ex
poſ. Pſalmi. lætabitur iuſtus, aſſeruit: iudicem eſ-
ſe peſtem reipublicæ, qui reos cum rigore nõ cor- 13

rigit, præsertim quia Prælatus ex officij debito tenetur subditorum delicta punire, & quos incorrectos dimittit videtur occidere, cap. Ephesis. 4. distinct. & ex hoc punitur non solum æternaliter in alio sæculo, sed etiam temporaliter in hoc, iuxta id quod habetur in cap. infirmitas de pœni. & Remi.

14 *Et aduertant quod æquitas non à capite, vel imaginaria esse debet, sed à iure regulata: vt Bal. not. in rub. de const. pecu. & Roma. consi. 149. & Carol. Molin. in consue. Parisi. tit. 11. de matiere fœdal. §. 41. num. 86. per tex. ad id expressum in. l. bona fides. ff. de po. & quod vbi ius deficit locum habere videtur. l. 2. §. idem Varus. ff.*
15 *de aqua plu. ar. & cap. fin. de Trã. Præterea, ad vnum hoc aduertant obsecro discreti iudices, quod non ad punitionem & vindictam principaliter intendere debent, sed ad emendam & correctionem malorum, quam nunc clementia & pietate, nunc seueritate & rigore atq; alijs & alijs medijs consequi curabunt, quia & plectendo & ignoscẽdo hoc solũ bene agitur, vt vita hominũ corrigatur. c. prodest. 23. q. 5. atq; iudicis*

officium

officiũ est peccatoris saluti prouidere, magis quã pœnã exigere: vt notat Ana. in. c. intelleximus, n. 2. de his qui filios occi. hoc enim faciendo, Dñi imitabuntur exẽplũ, qui non venit animas perdere, sed saluare. Luc. c. 9. et ita hoc expediãt, vt subditi qui corrigẽdi sunt protinus intelligãt, id ab eis exequi debito correctionis Zelo: magis quã odij fomite vel lucri causa, aut eis dominandi occasione.

Postremo vnumquemq; iudicem iterum moneo, vt diuinæ volũtatis cuius vices in iudicãdo 17
sustinet memor, iustitiæ integritatem perpetuo inuiolabiliter seruet, omnesq; humanos affectus prorsus exuat, partiũ causas pœnitus vereq; cognoscat, tarde iudicet, atq; in iudicãdo veritatẽ ipsam sequatur, ac veluti non suam sed Dei sententiam pronuntiet.

Quod vt sincerius efficiat, in causis rei veritatem non odiũ expectet aut gratiam, quia duo iustitiæ corrumpendæ sunt pessimi consultores. cap. ipse capit. iudicare, & cap. qui recte, cum multis alijs huic materiæ congruentibus. 11. quæstione. 2. Debet denique iudex in omni negotio considerare quid liceat secundum æquitatem,

tatem, quid deceat secundum honestatem: & quid secundum vtilitatem expediat, vt inquit, tex. in cap. magna deuotionis, de vot.

Atq; omnibus istis consideratis debet moderate aut absoluere, aut condemnare, nullo modo in reos scandescere, furiose clamare, aut imprudentet obiurgare, aut cum partibus super facto aut iure contendere, sed authoritatem dignitatis ingenio augere.

Sumaria ex Cap. sequenti.

1 *Acta processus iudices per se ipsos examinare & oculis subijcere tenentur, quim eorum relationem notarijs committant.*

2 *Relatorum sportulas sumptibus iudicum non partium exoluendas.*

3 Lege *Regni prohibitum est sæcularibus iudicibus ne processus relationes tabellionibus committant.*

4 *Iudices qui causas transcurrerint, ac veloci manu peregerint non sunt in conscientia tuti.*

5 *Iudices eam curam litibus adhibere constringuntur, quam ipsarum litium necessitudo expostulauerit.*

6 *Sed non vtique debent exactissimam curam adhibere, sed*

ſed moderatam, & neceſſariam.

7 *Singulare dictum* Andreæ *de Iſern. circa propoſitum refertur.*

8 *Quando cauſa non cognita & actis non viſis ſententia profertur, eſt ipſo iure nulla.*

9 Sed *huiuſmodi nullitas ope exceptionis eliditur.*

10 Licitum *eſt aliquando iudici fallere, ne fallatur.*

11 *De iudicantis poteſtate imprimis inquirendum eſt tã-quam baſis & præcipuum iuditij fundamentum.*

12 *Super exceptionem incompetentiæ an tacite pronun-tiandum ſit, ad vlteriora procedendo.*

13 *In iuditio tria debent eſſe conformia libellus, probatio, & ſententia.*

14 *Acta interlocutoria ante diſceſſum iudicis à Tribuna li decidenda, vel certo tempore aut loco reſeruanda deciſsio eſt.*

¶ Quod iudex debeat pea ſe ipſum examinare proceſſum & oculis ſubijcere, nec ipſius relatio-nem notarijs fore committendam diſ-cutitur. Cap. 1.

P*Ræterea cum ordo iuditiarius tam Eccleſia-ſtici fori quam ſæcularis paſsim à doctoribus tradatur, & libelli quam plurimi etiam lingua*

vernacula in lucem prodierint, nil de hac re amplius discutere statuimus, quia id solummodo disserere contendimus, quod extra ordinem iudiciarium fit, & in praxi magis conducibile opportunumq; videtur.

1 *Proinde cunctis in hac parte potestatem iuditiariam gerentibus lubens consulerem, vt post cõclusum in causa acta processus ad sententiam diffinitiuam siue interlocutoriam, proferẽdam per se ipsos perlegant, & oculis subijciant, nec (vt fieri ab aliquibus solet) eorum relectionem notarijs committant, qui vt plurimum fauorabiles se præstant vni parti, & aliquando præterire vel ommittere curant aliqua acta processus substantialia, & testium depositiones vel aliter quam scriptæ sunt referunt, aut ipsarum genuinum intellectum ficta voce vel inuoluere parant, aut peruertere elaborant, & id etiam deterius contingit, vt indebitas & excessiuas sportulas propter relationes peragendas à partibus extorqueant, cum id ad officium iudicum spectare dignoscatur, qui per se ipsos forenses causas examinare intelligere & iudicare habent.*

Et

Et si forsan ex aliqua iusta causa relatores sibi associare oporteat, suis sumptibus vel Episcoporum adhibere debent, quia iudicare tenentur per iudices, qui & factum per se intelligant & ius discernant, prout Joan. Garcia de expen. & melio. late consulit, circa sportulas que supremi Senatus relatoribus exoluuntur. Quinimo in Ecclesiasticis tribunalibus, vbi vt viderim nullæ sunt relatoribus taxatæ expensæ, & quas sic indebite extorquent, eorum iudices in foro animæ restituere tenentur.

Et si forsan hi relatores cuncta prout in actis scripta inueniuntur fideleter & sine fraude aliqua referant, adhuc relationem processus eis cōmittendam esse nollem, quia memoria iudicum labilis est, & facilime poterūt tempore sententiæ importantiæ aliquid obliuioni tradidisse. Nam omnium habere memoriam potius est diuinitatis quam humanitatis, tex. in. l. 2. §. si quid, C. de iud. præsertim quia habita processus relatione statim alijs litibus & negotijs immersi valde distrahitur.

Et ex eo etiam examē hoc per se ipsos fieri op 3

portebit; quia in camera acta omnia ruminari ac relegere facillime queunt, & aliquando veloci calamo substantialiora adnotare, & in summã redigere valent. Vnde arbitror lege regni. 17. tit. 17. lib. 2. nouæ collect. iudicibus sæcularibus merito esse prohibitum, ne tabellionibus relectiones processus committere possent.

4 *Hinc etiã putarim iudices qui causas transcurrerint, ac veloci manu peregerint inconsulte ac temere eas decidendo, non esse in conscientia tutos, ac recusari imo ab officijs remoueri merito posse. Præsertim quando circa factum ipsum aut partium iura aduocatos audire aut peritiores cõsulere negligunt, quorum infestam arrogãtiam stultamuè audaciam iura passim reprahendũt, vt constat ex tex. in cap. iudicantem. 30. q. 5. ad de tex. in cap. sto. 90. distinct & l. 18. tit. 9. par. 2.*

In quos etiam sanctus Isidorus inuehit, in c. sciendum. 29. dist. dicens: Quorum modi quia medulittus non indagantur in erroris laberinthum nonnulli intricando impinguntur, cum ante iudicant quam intelligãt, ante inculpant, quã

iterando

iterando lecta perquirant, cuius verba adnotauit Felinus in cap. Ecclesia sancta Mariæ, nu. 25. de const. & Bald. in cap. ad nostram de cõsue.

Proinde iudices eam curam litibus adhibere cõstringuntur, quam causæ litisq; necessitudo ex postulauerit: vt probat tex. cum gl. in cap. ad aures de ęta, & qua. notat. Ant. in cap. tua nos de homi. licet Caiet. 2. 2. S. Thomæ, q. 71. art. 3. tunc iudicem excusare videatur quando ex contingentibus nihil prætermisit, sed quod potuit et quod debuit fecit, quia non tenetur exactissimã curam adhibere, sed moderatam & necessariam iuxta tex. in. l. si bene collocatæ. ff. de vsuris. 8

Quod eleganter concludere videtur Andre. de Iser. in cap. vni. de controuer. inter domi, & emp. in fin. dicens, quod si iudex fecit diligenter quantum in se est, studuit per se examinãdo processum, deliberando cum alijs nõ omisit quicquã de solitis, & si forte post appareat de iuris subtilitate vel verba processus aliter in facto possunt intelligi, non videtur iudex ad aliquid teneri, & idem si iudices communiter sic in similibus condẽ 9

nabunt, & ipse sic condemnauit, nullus bonus iudex dicet & hunc dolo carentem & non negligẽtem ad quicquam obnoxium sufficit facere quod potest, l. si ideo. C. de his quibus vt indignis, defectus qui est ab imbecillitate humana qui naturaliter inest non debet imputari ad culpam, remotio cæcitatis humani intuitus, vt cuncta prospiciat, non est nec esse potest ab homine, sed à Deo ad quem clamat August. lib. 6. confess. corruscasti & splenduisti & fugasti cæcitatem meam.

Si vero iudex de se cõfisus non põderauit merita causæ & indeliberatè se habuit, nõ studuit nec elaborauit ad veritatẽ habẽdã, licet nõ sit in dolo credens sic esse de iure: erit lata culpa. ff. de verb. sig. l. lata culpa, & subdit quod non semel, sed pluries iudex legat processum & videat quæ videnda sunt, vt nihil ommissum prætereat, quia hoc ad suũ spectat officium, idem enim validum est, quod repetita lectio cõprobat, C. de emend. Iustini. C. circa medium, quẽ refert & sequitur Gregor. Lopez, in. l. 24. tit. 22. p. 3. glo. 1. ad id etiã cõduxit singularis decisio tex. dict. c. graue. 35. q. 9. dum in fine dicit, fructus diuinus est iusti-

tiam

tiam ſepius recenſeri, quia veritas ſepius exagitata magis explendeſcit in lucem.

Vnde iudex qui intra illum diem, vel alterũ immediate ſequẽtem quo illi proceſſus cauſæ præſentaretur ſententiam protulit, tanquam cauſa in cognita & actis non viſis, eſt ipſo iure nulla: quia intra tam breue temporis interuallum iuris præſũptione nõ potuit merita illius cauſæ perpendere, nec mature ſuper his deliberare, vt notat Bart. in. l. prolatã, C. de ſent. & interlo. omni. iudi. quem refert & ſequitur Iaſ. in, l. ſi is apud quem. C. de æden. & Abb. in cap. ad ſerte de preſump. Alex. conſi. 218. in ſi. lib. 2. & Decius conſ. 295. eodem li. adde Ana. conſi. 179. in principio. 8

Aduertendum tamen eſt quod huiuſmodi nullitas ope exceptionis eliditur, alias nõ opponẽti imputatur, vt tradit Lap. alleg. 28. & Bal. in l. prolatam num. 8. quem ſequutus eſt Socin. Senio. conſil. 121. verſic. 3. quaeſt. 2. vo. 5. qui & alios recenſet. Idemq; eſſet quando timeretur ſcandalum nam tunc licitum eſſet iudici fallere ne fallatur, vt Bal. ad notauit cõſ. 127. li. 3. & Alex. 9 10

& Alex. l. fin. §. si quis versi. arma. ff. de damno infecto. Alias fallentias Felinus recenset in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit. quas refert & sequitur Bern. Diaz reg. 680. & Salz. eius additionator ibi alios Doct. refert qui hanc regulam communem esse dicunt.

Quibus aliam non minus efficacem fallentiã addere libuit, videlicet quando iudex acta processus, dum procederet sepius viderat, ac examinauerat, vel pro ipsius causæ faciliori instructione, vel ad aliqua acta interlocutoria proferenda quia tunc sinistra suspicio cessare videtur, nec talis sẽtẽtia potest dici præcipitata, ac non visis actis prolata, cũ iudex erat de causa instructus, ita Craue. consi. 199. num. 1. & Decius consil. 299. in fine & Soci. Senior consi. 244. vers. sed pro responsione vol. 2.

At licet sepius viderim hanc nullitatis exceptionem opponi, nusquam tamen effectum consequutam fuisse percepi ob id ni fallor, quia præsentatio seu traditio processus quæ iudici fieri solet postquam est in causa conclusum, non est actus ipsius substantialis, neq; in actis redigitur, sed in-

diget

diget probatione quæ fieri debet apud ipsummet iudicem proposita forsam nullitatis exceptione iniuriatum.

Præterea postquam iudex per seipsum processum examinauerit, de eius viribus ruminari & contendere debet, & in primis ponat falcem ad radicem & inquirat de iudicantis potestate, quia cum sit basis & principium fundamentum iuditij eo sublato totius causæ vires corruere videntur. de eiusdem etiam iurisdictione discutere operæ pretium erit, & potissimum quando exceptio incompetentiæ ab aliqua partium proposita fuerit in iuditio, quia circa articulum incompeten- 11
tiæ pronuntiare necessarium erit, vt docet Bart. in l. ex quacumq;. ff. si quis in ius voca. non. & Ang. in l. 1. Si a non compe. iud. Alex. in. l. de Puppillo §. qui opus. ff. de no. op. nunt. idem cõs. 123. vol. 2. tradit Abbas cap. cum ordinem in fin. de rescript. & Felin. in capit. super literis eo. 12

Vnde aduertendum duximus. Quod talis pronuntiatio sufficit, quod tacitè fiat, ad vlteriora procedendo, quia exceptionem propositam re

ieciſſe videntur, ac expreſſe ſuper ea pronuntiaſſe iuxta tradita per doct. in cap. ex parte de appellat. notat. Bar. in. l. ſi à procedente. C. de dilatio. vide glo. 1. l. 1. §. ſi dubitet verbo intueri. ff. de iudi. & Rota in antiquis deciſ. 195. add. Deciũ conſ. 275. vol. 2. & Alex. conſi. 10. in prin. lib. 5. licet Feli. in cap. ſuborta num. 6. verſi. limitatione quarta, de re iudicata, & alij doct. quos ipſe refert, et Hyppo. in. l. ſi quis n. 99. ff. de quaeſ. velint, quod requiratur expreſſa pronuntiatio & non tacita ad vlteriora procedendo, ſed contrariam forenſis praxis regulariter admiſit, preſertim circa ſuperiores iudices.

Deinde cuncta rimari opportebit, & ordinẽ rerum plena inquiſitione diſcutere, ne iuditium fruſtrari contingat, iux. ſing. tex. in d. cap. iudicantem iuncto tex. in cap. cauſamq; & cap. examinata de iud. veluti ſi iudiciarius ordo in omnibus obſeruatus legitime fuerit, vel ex ſubſtantialibus aliquid ommiſſum vel ordo praepoſteratus circa modum agendi.

Inſuper attẽdere debent, quod eorũ poteſtas nõ poteſt excedere, id quod in iudiciũ deductum

& pro-

& probatum fuerit, l. vt fundus. ff. com. diuid. fatuus enim esset iudex qui super nō petitis iudicas- 13
set, l. fin. C. de fidei. liber. & aduertant insuper quod tria debent esse conformia libellus probatio & sententia ad quam proferendam occurrant,
si omnia rite & recte acta repererint. Postremo 14
id facere elaborent, quod si ante cuiuslibet sententiæ difinitiuæ prolationem pro Tribunali sedendo acta processus petierint ad aliquid interlocutorie decidendum ab eodem tribunalis loco vel paululum inferiori ne discesserint, quin exclusa litigantium turba ea prius examinauerint, & quicquid interlocutoriæ prouidendum venerit ibidem sine dilatione aliqua decidant, cum id ad officium iudicis expectare compertissimū sit, vel alium locum & certum diem & horam præfigere faciant ad deliberandum super his, ita vt omnes collitigatores aduocati & curiæ officiales certo sciant isthæc acta interlocutoria tunc temporis decidenda fore, vt vnusquisque præmunitus & paratus sit, ad docendum de iure suo.

In Curijs enim Episcopalibus vbi aliter fieri

contingit lites fiunt immortales præsertim si iudex parum fuerit expertus, nam acta passim ad deliberandum examinare volet, & priusquam ligatores notarium cum eisdem actis paratum & instructum ad iudicis cameram perducere queant, opus quidem erit indebitis pecunijs id redimere, ex quo causæ plus debito protrahuntur ac sæpe altero collitigante inscio sententiæ interlocutoriæ satis profecto iniuste proferuntur, earum præsertim quarum grauamen per definitiuam irreparabile est, quod iudices summe debent aduertere, quia procuratores & notarij id maxime effugiunt, quippe lucrum inde cessare videtur. Et profecto crederem ad restitutionem similium damnorum & expensarum in foro animæ prædictos iudices fore adstrictos, similia siquidem acta oportuno tempore per se ipsos examinare intelligere ac iudicare teneantur, nec multarum litiũ pondere excusantur cum præsules id subleuare possunt talibus alios asociando vel peritiores extollendo.

Sumaria ex Cap. sequenti.

 1 *Ju-*

1 *Iudices summe attendere debent ne quid per calumniã petatur, possuntq́; calumniatores non audire & ad vlteriora progredi.*

2 *Calumniæ grauissimis quibuscunq́; pœnis vendicanda est.*

3 *In bene instituta respublica Calumniatores esse grauiter puniendos, docet Aristo. lib. 6. poli. c. 9.*

4 *Maiori odio Agiselaus calumniatores quam fures insectabatur.*

5 *Negligencia iudicum in vendicandis calumnijs ad notatur.*

6 *Calumnia ex Iulio Claro duplex est vera aut præsumpta.*

7 *Vera calumnia ab autore discutitur aduersus Iul. Cla.*

8 *Eo ipso quod quis non probat suam accusationem calũniari dicitur.*

9 *Qui non probat quod obiecit pœnam quam ipse intulit patiatur.*

10 *Calumniator etiam si excusationem habeat actione iniuriarum conueniri potest & in expensis condemnari.*

11 *Pœnas calumniantium vide remissiue.*

12 *Pœnam Talionis à foro recessisse testantur omnes.*

13 *Calumniator euidens pœnam Talionis subire tenetur vel aliam huic proximiorem.*

14 *Ratio quare consuetudo cassauit pœnam talionis indu*

citur ad eam imponendam verò ac euidenti calumniatori.

15 Vera autem ratio quare Talionis pœna ab aula recessit ab auctore designatur.

16 Iudices inquisitos iniuste condemnando calumniandi ansam accusatoribus præbent.

17 Impij homines leuibus coniecturis seu signis scandalizari fingunt, & enormia delicta suspicari, ac asseuerare audent, aduersus clericos potissimum & eos quos odio habent.

18 Notariorum (qui receptores vulgo nũcupantur) incommoda ad numerantur.

19 Testium examen in causis criminalibus haud receptoribus committendum.

20 Testium forensium examen quomodo faciendum.

21 Summariæ informationes delictorũ notarijs committi possunt, quia nullum inde præiuditium fit parti, cum sint testes coram iudice repetendi ex opin. Menoch. & Abiles.

22 Repetitio seu Ratificatio testium notarijs receptoribus committi potest, non autem informatiuum processũ aduersus Menoch. & Auil.

23 Valde vtile esset Reipublicæ in quibuscunque causis, ne testes examinarentur, Coram solo notario, sed iudice vel saltem alio viro probatæ fidei præsente.

24 Testes coram solo notario examinati audacius diffama

mant, audaciusque falsum deponunt.

25 Laici à testimonio & denuntiatione aduersus Clericos iure repelluntur.

26 *Inimicitiæ causa quæ laicos à testimonio & denuntiatione aduersus Clericos repellit eadem viget in receptorum commissionibus.*

27 *Praxis improbatur committendi receptorum arbitrio captura seu citatio delinquentium antequam informatiuus processus ad iudicem deferatur.*

28 *Personalem comparitionem & itineris laborem plerique iudices in pœnam delicti irrogare solent.*

29 *Causæ clericorum ex incontinentia procedentes, coram Presbytero notario tractari deberent.*

30 *Clericorum crimina sub debito secreti sigillo corripienda.*

31 *Publice peccantes palam esse corripiendos Apost. monet.*

32 *Iudicum execratur abusus qui generalem receptoribus concedere solent commissionem inquirendi delicta subditorum.*

33 *Inquisitio aduersus neminem inchoari debet, quin aliquid præcedat per quod aperiatur via inquisitioni.*

De

De calumniatoribus, Deq; laicis Receptoribus à prætorijs ecclesiasticis expellendis accuratè expenditur. Cap. 2.

1 *Postqam de examine processus in genere egimus, superest vt aliquas inspetie materias forensi praxi conducibiliores breuiter decidamus. Et primum summe iudices aduertere debent & examinare ne quid per calumniam petatur, iuxta l. 2. C. de fals. siquidem possunt calumniatores nō audire & ad vlteriora progredi, vt not. Abb. post Inno. in cap. post electionem de conces. præ ben. quem Bald. sequitur in. l. peremptorias, C. sent. resci. non. pos. & eleganter resoluit Redin in tract. de Magest. prin. verbo, sed etiam per legitimos tramites à num. 133. vsq; ad num. 142. vbi distinguit inter calumniam quæ percipitur ex actis & ex coniecturis intrinsecis.*

2 *Et profecto grauissimis quibuscunq; pœnis calumniam reprimere tenentur, cum auferat honorem, deroget famæ, conturbet sapientem, & perdat robur cordis illius Eccles. 7. vnde Arist. lib.*
3 *6. Poly. cap. 5. docet in bene instituta republica*

calum-

calumniatores esse grauiter puniendos, & De-
mosth. in orati, 1. contra Arist. Calumniatores 4
crudeles appellat & veluti viperinam habentes
naturam puniendos esse admonet. Hinc Agise-
laus maiori odio calumniatores quam fures se-
ctabatur.

At vero fori ecclesiastici plerosq; iudices ne 5
dicam omnes de fides mirum in modum ac negli- In vectio autoris aduersus iudices negligétes in védicãdis calũnijs.
gentes in vendicandis calumnijs inuenimus, ita
vt nil nisi calumnia in foro versetur, falso enim
credunt notorios ac euidentes Calumniatores so-
lummodo depellendos ac fustigandos fore, cæte-
ros vero deterreri ab accusando autumant, si eo-
rum calumnia vendicetur. Vnde ipse crederem
longe melius esse calumniatores ab acusando de-
terreri ac nocentes impunitos relinqui quam in-
nocentes & innoxios condemnari.

Præterea ex Iulio Claro lib. 5. recep. §. fin. q.
62. nu. 4. & q. 7. num. 12. aduertendum duxi-
mus, quod calũnia duplex est, vera aut præsum-
pta, vera quando sciens vel scire debens aliquem
esse innocentem proponit contra eum accusatio-
nem, præsumpta calumnia est, quando accusator

Z *non*

non probat delictum, vel quando post ceptum iuditium ab accusatione desistit, qua distinctione excusare Clarus intendit præsumptum calumniatorem à pœna & expensarum præstatione.

Aduers. Iul. Cla. *Sed salua semper eius pace, veram calumniã eam esse crederem, quando calumniator vel ab*
7 *accusatione desistit, vel eam non plene probauit,*
8 *nec excusationem vllam habet. Siquidem eo ipso quod quis non probat suam accusationem calumniari videtur, iuxta glos. communiter receptam. l. 2. versi. calumniãdi, de calumniat. & ita omnes communiter resoluunt, vt testatur Menoch. de arbit. iud. lib. 2. casu. 321. num. 4. Vera enim calumnia ex mea sententia aliter probari non potest, nam hæc est euidentia facti calumniosi, nam scire vel scire debere aliquem esse innocentem difficilis est probationis, cum ab animo accusatoris dependeat.*

quæ sit vera calumnia.

Quod ex eo comprobari videtur, nam ille calumniator proprie dicitur & pœna talionis plectendus venit, qui in accusatione defecit, verba
9 *sunt tex. in cap. calumniator. 2. q. 3. Et qui non probauerit quod obiecerit pœnam quam ipse intule-*

tule-

tulerit patiatur: dicit etiam tex. in cap. qui non. ea. causa & q. Et adeo hoc verum est, vt taliter calumnians etiam si excusationem habeat in expensis condemnandus est, nec ab actione iniuriarum excusatur, vt idem Menoch. docet vbi supra num. 33. nisi magna & plusquam iusta fuisset excusatio vt ibidem testatur, vbi decem excusationis causas epilogauit, quicquid Iulius Clarus dixerit, qui in considerata illa distinctione quoslibet calumniatores excusare videbatur à pœna & expensarum condemnatione, quos grauiter puniendos & non excusandos esse cupimus, exemplo Domitiani, qui vt in eius vita scribit Sueto. cap. 9. hos calumniatores ita odio habuit, vt dicere consueuit, Principem qui falsos delatores non castigat irritare, nam & is Fiscalium calumnias grauiter repressit.

Pœnas autẽ calumniantiũ vide latè per doct. in c. fi. de calũni. & per Egid. Boss. in pract. cri. 11
tit. de calũnia. & per Iul. Clarũ, vbi supra & per Menoch. dicto casu. 321. & 322. qui oẽs & alij quã plures quos allegãt, pœnã talionis qua 12
similitudinẽ supplitij inducebat ab vsu recessisse testãtur, at ipse iuri & æquitati consentaneũ esse

 putarem,

13 *putarem, si euidens calumniator qui nullam calumniandi legitimam excusationem habuit similitudine suppliti; puniretur, vel alia pœna quæ huic sit proximior, quia Domi. Soto de iusti. & iur. lib. 5. q. 5. art. 4. censuit hanc talionis pœnam aduersus calumniantes iure diuino & naturali probari exod. 21. & Deuter. 20.*

14 *Ratio autem vt testatur Iulius Clar. libr. 5. recep. q. 81. num. 3. quare consuetudo cassauit hanc pœnam ea fuit, quia propter rigorem huius modi pœnæ multi se retrahebant ab accusando, atq; ita delicta remanebant impunita, nam pauci reperiebantur qui cum tanto capitis sui periculo vellent acusationes proponere, quod in calumnia excusabili locum sibi vendicare potest, at in euidenti & notoria vbi nulla adest excusatio cõsuetudinis ratio cessat, ideo pœna talionis, vel alia similitudinaria locum hodie habere videtur, & maxime interest reipublicæ, vt similiter calũniantes ab accusando retrahantur, imo vt pœnitus deterrerentur pœna talionis vti conuenit, & præsertim, quia peccatores eam timere, & præoculis habere solent.*

Vera

Vera autem ratio quare hæc iuſtiſſima pœna ab aula receſſerit niſi fallor cupiditas fuit iudicum, & cauſarum criminalium ambitio, ex quo calumniatores punire non curant, ſed eos alliciūt & ſi opus eſt in accuſando inſtruunt, & ſi in probatione delictorum defecerunt non ſolum inultos relinquunt, imo ex bonis miſerrimi accuſati, vel ex communi burſa pœnarum expenſas eis impendere iubent. 15

Vnde hodie iniuſta quædam praxis inter iudices vtriuſq; fori verſatur, ita vt ex quouis inditio aut qualibet leui præſumptione accuſatos abſoluant, & in expenſis condemnent, quam veluti iniquam & deteſtabilem praxim merito infra improbamus. cap. 12.

Ex quo etiam cuncti iam iudices calumniandi licentiam accuſatoribus præbent, quia propter ſolam ſuſpicionē, & aliquā infamiam quæ à maleuolis & improbis hominibus & meritricibus forſan originem ducit, omnes inquiſitos illico citare & in carceres detrudere faciunt. 16

Et ne citatio aut captura inconſiderate facta videatur non ſolum calumniatores punire negli

gunt imo ipsos inquisitos in expensis condenare ex sola suspicione elaborant etiam si fallax infamia sit, ac sepe fallatur humana suspitio vt docet Bernar. in epistola de perfect. vita. & Melchiades Papa in c. primo semper. 2. q. 1. dixerit, nullum iudicetis suspicionis arbitrio, sed primũ probate & postea charitatiuam sententiam proferte, & quod vobis non vultis fieri alteri facere nolite, verba quidẽ tanto digna Pontifice, tamen iudicum omnium obliuioni tradita.

17 *Hinc sumpta occasione impij quidam homines leuibus coniecturis seu signis scandalizari fingunt, & grauia quidem & enormia delicta suspicari ac asseuerare audent, in magnũ suarũ animarũ ac alieni honoris & famæ dispendium, aduersus clericos potissimũ & eos quos odio habent Et dolendum quidem est, quod hoc sceleratissimum hominum genus non adeo inculpa est, sicut*
18 *& ipsi sunt iudices, qui testium examen circa criminum inquisitionem committere solent quibusdam laicis (qui vulgo receptores nuncupantur) qui potius eorundem criminum receptatores nũcupari deberent: nam prece vel pretio sæpe cor-*

rupti

rupti, cuiusuis publici & probabilis delicti proba tiones facillime ommittunt, improbabilia autem crimina & valde occulta, aut quæ calumniose et falsa suggestione irrogantur, inquirere & proba re vtcunq; satagunt: quia huiusmodi inquisiti non ita vt publici peccatores eos apud se hospitari, aut donis & precibus corrumpere curant.

Et quando aliter isthæc crimina dilucidare & probare nequeunt, extorquere à testibus contendunt fallaces quasdam suspitiones & scandala quædam, vel publicitiam rumoremue delictorum, vt saltim actorum & itinerum expensis condemnari valeant, & si aliquando testes in fauorem & innocentiam inquisiti aliquid testificari velint, id scribere recusant, credunt enim hi dæmones non aliud ab eis scribendum fore, quam id quod in culpam & inquisiti vindictam solummodo tendit, Quorum ministerio Sathan ipse aliquando vtitur, ad virgines & vxoratas sepe mulieres aliasque honestas personas diffamandum, dum ianuatim inter eorum vicinos & notos, de concubinatibus & alijs delictis incaute perquirere solent.

Proin-

Proinde omnes Jllustrissimos Præsules hu-
19 militer precor, vt hos acerrimos canes à suis tri-
bunalibus pœnitus exulari faciãt, siquidẽ in cau
sis criminalibus testium receptio non potest eis cõ-
mitti, sed iudex debet eos examinare iuxta tex. in
auth. apud eloquentissimum. C. de fide instrum.
& ibi communiter, doctores not. Bern. Diaz in
reg. 757. vbi Salzedo eius additionator allegat
incomprobationem l. p. & cap. 37. de los Corre-
gidores & l. Regni. Vide etiam Abend. de exe-
quen. mand. regum. 2. par. c. 17. per totum vbi
describit regulam cum. 11. limitationibus, adde
glo. in Clement. 1. de off. delegat Verbo ciuile, &
est tex. cum glo. in cap. 2. verbo prohibẽte de iud.
lib. 6. & in tantum hoc est verum, vt consuetu-
do in contrarium non valeat, vt sentit glo. in. c.
testes. 3. q. 9. Not. Hyppol. in l. de minore. §. plu-
rium quoq; num. 9. ff. de quæstionibus.

20 Nec oberit dicere, quod testiũ forensium, qui
nolunt vel non possunt venire ad locum iudicis,
receptio & examinatio necessario hisce recepto-
ribus cõmittenda veniat, ne pereat facultas pro
bandi, & per consequens puniendi nocentes iux-

ta sen

ta sententiam Bal. in. d. auth. apud eloquentissi mum, & Ana. in cap. in tantùm nu. 3. de collu. detegen. & Ioan. And. in cap. Romana. §. contrahentes de foro competen. in. 6. Quia & si contrarium substineri queat vt not. idē Ana. vbi supra, & Greg. Lopez in. l. 27. tit. 16. par. 3. & Auiles in c. 37. de los Corregidores glo. ver. por si nu. 7. Nihilominus primam opinionem vbiq; forensis praxis recepit vt latè resoluunt Couarr. variarum lib. 2. cap. 13. num. 10 & Iulius Clarus lib. 5. recep. q. 26. in prin. & Menoc. de recup. poss. reme. 15. q. 26. nu. 344. & latius in consi. 100. num. 43. cum seq. Vbi consuetudinem hanc & forensem praxim in æquitate fundatam esse testatur, eamq; adducit rationem, videlicet, quia ex testiū examinatione ita summatim facta, nullum præiudicium fit parti, cum postea in forma iuditij coram iudice sunt testes repetendi, & illi secundæ examinationi sit standum, eandemq; rationem secutus fuit Auiles vbi supra num. 12. omnesq; ni fallor decipiuntur, atq; prædicta ratio parum vrgere videtur, quippe totius causæ pondus & præiuditium, in eisdem sum 21 Aduersus communem doct. opinio. 22

mariis informationibus consistere videatur, & cuiussuis delicti culpa aut innocentia, eiusdemue absolutio, aut iusta punitio, ab eisdem magis dependeat, quam à iudicum rigurosa sententia, qui in diffiniendo, ipsas probationes subsequi tenentur iuxta, tex. in l. illicitas. §. veritas ff. de offi. Praes. Nec obstat dicere quod postea coram iudice sunt testes repetendi: quia facile est iam dictum repetere, & testes ab his quae semel coram notario in iuditio summario testificati sunt, raro audent discedere, ne variare videantur: & propter periculũ periurij, cum potius notario quam ipsis credendum sit iuxta resolutionem Iul. Cla. vbi supra. q. 53. num. 17.

Praesertim quia iudex in ipsa summaria informatione plura potest perpendere & considerare quam ipse notarius, veluti vultum, constantiam, vocem sermonem, trepidationem, & potissimum exstimationem illius testis à quo veritas eruenda est, ita vt magis elucescat. l. de min. §. Tormenta. ff. de quaest. ex quo etiam magis scire poterit quanta fides testibus adhibenda sit, inspecta presertim eorum conditione ac digni-

state iusta. l. 3. ff. de testibus.

Proinde crederem prædictas testium repetitiones seu (vt aiunt) ratificationes, potius committendas fore notarijs, quam ipsum informatiuum processum, quod asserere videtur Iul. Clar. quæst. 45. num. 13. & ita seruari de consuetudine dicit Cara. ab eo relato super Ritu Magnæ Curiæ. 157. num. 11. & ita ego practicari vidi, quia inibi minus præiuditium versatur, vt ex his quæ supra diximus satis comprehenditur. Cæterum prædicti doct. solummodo fatentur, dictam consuetudinem vigere in currijs secularium iudicum, a quibus ex mea sententia adhuc esset pœnitus exterminanda, ob ea quæ hic satis abunde referimus aduersus hos receptores, vnde Couarru. vbi supra in proposita spetie valde 33
vtile esse reipublicæ dixit, lege sanciri, ne coram solo tabellione testimonia à testibus exhibeantur, sed saltem iudice vel alio viro probatæ fidei presente, sicuti fit apud Lusitanos, & sicuti in foro Ecclesiastico nuper obseruari vidimus, præsertim delictorum in-

formatiui processus, qui committi solebant iudici loci, vel presbytero parrochiali, vel alio literato aut honesto viro, vt eo presente & approbante testes coram prædictis receptoribus seu notarijs examinarentur iux. glo. sing. communiter receptam in cap. 2. vers. idoneã de iud. in. 6. quæ id expresse disponit.

Nunc autem inoleuit hæc praxis iniqua com
24 mittendi has informationes prædictis receptoribus, qui multa mala in examinatione testium solent perpetrari, & id inde facile contingit, vt coram ipsis iudice absente testes audacius diffamẽt, aut veritatem facilius occultare curent, idq; deterius contingere solet, vt si aliquid in defensam inquisiti testificari velint, à prædictis receptoribus minime describatur. At si iudex vel alia honesta persona præsens examinationi adesset, testes vtiq; nec falsum dicere auderent, nec receptores dictum defensiuum scribere recusarent.

25 Præterea id potissimum in causis clericorum criminalibus esset obseruandum, quia in eis à testimonio & denũtiatione laici iure repelluntur, iux. tex. in cap. de cætero de test. Vbi communiter

ſcribentes reſoluunt, & Couarr. pract. qq. c. 18. num. 2. & latius Iul. Clarus recep. libr. 5. q. 28. nu. 10. & q. 14. nu. 21. & q. 7. num. 9. & Menoch. lib. 3. de teſta. §. 22. nu. 73. & eſt communis opinio vt teſtatur Viui. com. opi. fo. 282. ver. teſtificari poſſunt. Quinimo creari eos iudices & notarios ſimul & fiſcales aduerſus miſerabiles 26 *clericos, cum inimicitiæ cauſa quæ eos à teſtimonio & denuntiatione repellit, eadem efficacius in his receptorum commiſsionibus vigeat.*

Hinc profecto inoleuit & alia non minus no- 27 *ciua praxis, nam iudices qui ſunt ſemper parati ad prædam, & ad nutum citant, nec clamorem expectant, quos Specul. increpat tit. de accuſat. §. 1. nu. 5. ſolent etiam hiſce receptoribus in commiſſionibus dare, vt facta ſummatim informatione ſi viderint inquiſitos eſſe culpatos, vel captos ſecum ducant, vel perſonaliter ad comparendum citent.*

Praxis fori eccleſiaſtici reprehenditur.

Ecce quomodo hos receptores aduerſus clericos incaute iudices conſtituant, cum non minima difficultas conſiſtere videatur in examine culpæ, ad capiendum ſeu citandum aliquem, non

ne ex depositionibus testium & inquisiti conditione aut delicti qualitate aliud iudici videbitur quam ipsis receptoribus, qui ex leui quacunq; culpa, ne expensas amittant, ad capturam seu citationem inconsiderate properant, presertim aduersus ipsos clericos, quos quidem maturiori consilio personaliter citandos seu capiendos esse putarem, imo præcedenti plena probatione quando fuga non timetur vt late inferius dicemus, cap. 13. *Et ob id etiam consultius agendum est, quia*
28 *vt Bernar. Diaz in pract. testatur cap.* 23. *plerią; iudices personalem comparitionem, & itineris laborem, atq; moram in loco Tribunalis faciendam, in pœnam delicti irrogare solent, quæ pœna non minima quidem est, præsertim si citati domicilium a capite diocæseos lõge distet.*

Postremo cunctis Ecclesiæ iudicibus lubens consulerem, vt causæ omnes clericorum, præsertim ex incontinentia procedentes, coram presbytero notario caute & sub debito secreti
30 *sigillo agantur: nam verecundi ac bonæ famæ & opinionis Ecclesiastici viri, qui forsan*

sau humana fragilitate in incõtinentiæ peccatũ dilabuntur, mallent vtiq; grauiori pœna ac cẽsura secrete corripi, quam publice leuissima pœna corrigi seu protinus absolui.

Quod ex eo potissimum facere astringuntur iudices: quia laici qui vitijs dediti sunt, quasi iã suorum criminum pares fecisse lætantur, ac inde ansam suscipiunt, eisdẽ criminibus indurato animo permanendi, atq; ignobile vulgus rumorum auditor lubens, non solum similia credit, sed multiplicat: unde sepius quos imitari & venerari deberet, spernit vtiq;. At si clericorum crimina publica fuerint, tunc Apostolus monet, publice peccantes palam esse corripiendos, vt quos exemplo suo ad malos mores prouocarunt, suæ emendationis testimonio ad rectam reuocent vitam, & adhuc Episcopus hoc publicæ pœnitentiæ genus (si expedire iudicauerit) in alium secretum poterit commutare iuxta decis. tex. in cap. 8. sess. 24. Conc. Trid. 31

Præterea abusus quorundam iudicum execrandus etiã est, qui hisce receptoribus generalẽ concedere solent commissionem inquirendi per 32

Abusus fori Ecclesiastici repellitur.

oppida

oppida dioceseos quæcunq; subditorum delicta, quod ne dicam receptoribus, sed ipsis etiam iudicibus iure prohibitum est, nam omni casu in quo à
33 *iure consuetudine vel statuto iudici conceditur vt per viam inquisitionis possit procedere, non, debet inquisitionē incipere nec summarias informationes assumere, quin prius aliquid præcedat, per quod inquisitioni via aperiatur, veluti querela partis, denuntiatio fiscalis, diffamatio delinquentis, seu deprahensio infraganti crimine, aut notorietas ipsius delicti, vel quid simile, aliàs processus redderetur nullus, vt Jul. Clarus resoluit libr. 5. recep. q 8. num. 3.*

Igitur si aliquid præcedere debet quod viam ad inquirendum adaperiat, nec aliter ipse iudex inquirere generaliter nec specialiter potest, quomodo igitur ita confuse receptori concedere potest, vt generaliter de delictis subditorum inquirat? cum eo etiam casu vbi inquisitio legitime fieri potest, testium receptio haud eis committenda venit, vt supra late probamus.

Summaria ex Cap. sequent.

1 *Iudi*

1 *Iudices nimis creduli haud eſſe debent.*

2 *Credulus æque reus eſt, ſicut ille qui mentitur.*

3 *Repræhenditur Ioannes Epiſcopus Corinthiorum qui ſtatim cum audiebat, cauſa incognita puniebat.*

4 *Reprehenduntur etiam Prælati, qui detractoribus ac capitulis clanculo emiſsis, fidem protinus adhibent.*

5 *Sed vtiq; non debent eſſe pœnitus increduli.*

6 *Inter credere & non credere adeſt medium, quod eſt dubitare.*

7 *In dubio credulitati adhærendum eſt, quando non verſatur præiuditium tertij.*

8 *Excuſantur à nimia credulitate qui ſeruato debito inquiſitionis ordine aduerſus aliquos inquiſierint.*

9 *Iudices diſcreti non debent occultos delatores faſtidiri nec cartulas ſeu capitula aduerſus aliquos producta dilacerare, ſed nec eis illico fidem adhibere debent.*

10 *Super capitulis extraiudicialiter productis expreſſo vel ſuppreſſo nomine auctoris, non eſt iudicialiter procedendum, etiam ſi copia teſtium vna cum eis exhibeatur.*

11 *Capitula accuſationis non ſunt etiam iudicialiter admittenda, niſi producantur ab his qui ſuam vel ſuorum proſequũtur iniuriam.*

12 *Norma à iudicibus ſeruanda, quando verbaliter & occulte eis crimina propalantur*

13 *Occulti accusatores, etiam si calumniosi sint, non sunt partibus manifestandi.*

14 *Quærelantium lachrimis non est illico credendum.*

Quod iudices non debent esse nimis creduli, nec cartulis seu accusationum capitulis clanculo emissis, fidem illico adhibere debent.

Cap. 3.

Id autem in hac parte ommittere nolui, quod iu-
1 *dices nimis creduli haut esse debẽt, nam prælati non debent esse faciles ad credendum sinistra de subditis, vt egregiè tradidit Specu. tit. de inquis. §. 1. verbo item quod tantum, & quia qui facilè credit stultus est corde iuxta gl. in cap. cũ contingat, de rescri. & est tex. in cap. si quis præpostera. 50. dist. Nec de facili credendum est ne-*
2 *mini dixit Bald. per tex. in. l. sicut. C. de fide instrum. Atq; nimis credulus æquæ reus est, sicut ille qui mentitur, c. non solum el. 1. 11. q. 3. cuius hæc sunt verba, non solum Reus est qui falsum de alio profert, sed etiam is qui aurem cito criminibus prebet.*

Et

Et vtiq; nimia facilitas credendi vituperatur per tex. in cap. siquid vero. 86. dist. vbi Gregor. inuehit contra Episcopum Corinthiorum, (qui statim cum audiebat aliquem deliquisse causa incognita puniebat) scribens illi, si quid vero ad aures tuas de quocũq; clerico peruenerit quod te iuste posset offendere, facile non credas, nec ad vindictam te res accendat incognita. 3

Sed proh dolor hac nostra tempestate multi sunt Episcopi Corinthiorum, qui non solum omnia facillime credunt, immo maleuolis ac detractoribus aurem libenter accommodant, & saepe libellis & accusationum capitulis clanculo emissis sine subscriptione forsan & certo nomine auctoris fidem protinus adhibent, & quaecunq; crimina in eis contenta illico inquirere curant, aduersus honorem (heu) & bonam aliquando inquisiti famam, qui vt diffametur, & eius honor poenitus amittatur, scelesti quidam homines, & garrulae mulieres, & quondam forte accusati concubinae hoc facere consueuere. 4

Vnde Specul. in dict. tit. de inquisit. §. 2. verbo vt autem elegãter tradit, quod praelati nõ debent

*bent paſsim recipere cartulas quas frequenter ru-
ſtici contra ſuos rectores clanculo offerūt, nec de-
bent delectari in infamia ſubditorum.*

5 *Veruntamen non debent eſſe ob id pœnitus
increduli, ita vt omnes mentiri atq; calumniari
perſuaſum habeant, nā credere debemus id quod
eſt veriſimile iuxta tradita per Bald. in manua.*
6 *verſ. credulitas circa finem, & inter credere &
non credere medium conſtitui poteſt, quod eſt du-
bitare vt idem Specu. docet tit. de depoſi. §. 6. atq;
illud quod medium eſt inter vtrumq; probamus:
ſed ita dubitare & medium eligere debent, vt cau-
te diſcernant, quid non quidue credendum ſit, in
quo ex mea ſententia multum operabitur natu-
ralis in iudice diſcretio.*

7 *Atq; in dubio credulitati adhærendum eſt,
præſertim quando ſumus in caſu vbi non verſa-
tur præiuditium tertij iuxta tradita per Abb.
in cap. licet hely de Symo. & Anani. ibi nu. 3. Et
quando id à fidedigna perſona procedit vt docet
Fely. ibi num. 2. & in cap. de quarta de preſcrip-
tio. notat Bald. in l. in dicta. C. de rei vendic. &
eſt gl. in. l. Titio fundus. ff. de cond. & demonſt.*

notant

notant. docto. in l. 2. C. per quem fac. erit. Quod ex eo comprobatur, quia vt quotidiano experimento docemur in hisce denuntiationibus, vt plurimum veritas potius proponi solet quam calumnia.

8 *Veruntamē si seruato debito inquisitionis ordine qui passim à doctoribus traditur præsertim à Specu. supracitato tit. de inquisi. & ab Ægid. Boss. eod. tit. & à Iulio Claro lib. 5. recep. sent. §. fi. q. 3. 5. & 6. super his inquisierint excusabuntur vtiq; à nimia credulitate, nec pœnitus erunt increduli, sed in procedēdo debitum medium obseruabunt.*

9 *Hinc autem veluti expertus cōsulam, vt quotiescunq; prædicta capitula siue cartulæ aduersus aliquem iudicibus porrigantur, non ob id fastidientur, proijciant, seu dilacerent, nec eis etiam illico crediderint ij enim occulti delatores plerūq; propter delinquentium iustum metum & alias iustas causas detegi & manifestari fugiunt, sed omnia attentius perlegant, & oculis subijciant, & apud se custodiant & sint præmuniti semper atq; prudēter attēdant vtrum in eis contēta ve-*

ritati nitantur, vel comprobari queāt, quicquid enim sub terra est (vt inquit Poeta) in apricum proferet ætas: ac si opus fuerit, & negotij qualitas exegerit, cautè & quasi extra rem aliqualē faciant inquisitionem, vt sic veritas dilucidari valeat: hac enim via sæpe contingit grauia delicta & enormia peccata detegi.

10 *Atq; animaduertandum est, quod super similibus capitulis sic extra iudicialiter productis expressò vel suppresso nomine auctoris etiam si testes delicti nominentur, & eorum copia exhibeatur, non est iudicialiter procedendum, aliàs processus esset iure nullus, & ita inquisiti absoluendi vt late resoluit Iul. Clar. vbi supra. q. 5. nu. 4. & pluries in facti contingentia iudicatum fuisse testatur, ad refrenandam iudicum malitiam, quibus daretur facultas procedendi ex abrupto, & multos indebite vexandi. sed non vtiq; vt supra diximus proijcienda seu spernenda sunt prædicta capitula, sed caute & prudenter attendendum est, vtrum per diffamationem scandalumuè aut delicti notorietatē vel aliud simile, inquisitioni via adaperiatur, quia tunc ex officio procedere pote-*

terunt,

terunt, vel per denuntiationem fiscalis.

Et reipublicæ valde vtiq; expediret, vt per viam querelæ vel accusationis, prædicta capitula à iudicibus non admittantur, nisi ab his proponantur qui suam vel suorum prosequuntur iniuriam, veluti fit Neap. & Galliæ, vbi nullus admittitur ad accusandum, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur vt Iul. Cla. refert, vbi supra. q. 3. nu. 6. Et meritò quidem, quia in modũ vindictæ, & odij fomite magis quam Zelo iustitiæ similes accusatores mouentur ad accusandũ, & accusati etiã suos accusatores reacusare plerumq; volunt, ex quo inter ipsos maiores inimicitiæ & rancores oriuntur, ita vt passim ad manus & arma deueniatur. 11

Præterea frequenter etiam euenire solet, vt hi noturni accusatores Zelo iustitiæ ducti, & aliquando odio & inimicitia moti isthæc iudicibus personaliter propalent, quos vt cumq; moneantur haud exasperare decet, ne ipsi vel alij ita deterriti prodere crimina amplius pertimescant, sed nec vllatenus eis fidem adhibere debet, solummodo enim id caute agendum est, vt 12

ipsius

ipsius acusatoris & accusati ac testiũ nomina & cõditionẽ, eorumq́ habitationẽ, pariterq́ delicti tempus & qualitatem, & an iterum tale delictũ perpetrauerit, & à quo iudice punitus extiterit. & apud quem notariorum processus acta reperiẽtur, & omnia alia quæ circa id magis opportuna videbuntur, distinctim in albiolo describere faciant, vt omnibus bene perpensis inquirant illico si opportuerit, alias opportuniori tempore & loco differant, vel pœnitus procedere ommittant, pro vt negotij qualitas exegerit.

13 Cæterum lubens etiam admonebo, vt quantũcumq́ calũniosi hi occulti delatores extiterint, eos nullatenus detegant, seu accusatis manifestent, ne inter ipsos discordias aut inimicitias aliquas disseminent, (vt passim fit) Nã ita calumniari parum refert, si iudex discretus ac prudens existat, apud quem nemo huiusmodi accusatus diffamari debet, nec sui honoris quicquam amittere, secus vero contingit si credulus & incautus fuerit iudex, quia non seruato iuris ordine, ac debito secreti sigillo, magis infamat quam ipsemet calumniator iniquus quæcumq́ capitula clanculum

culum falſeq́ offerendo.

Poſtremo in hoc propoſito non ommittendũ 14
duximus, quod verbaliter querelantibus de aliqua iniuria ſeu illato grauamine, quantumcũq́ pia lachrymarũm effuſione id proponant, fidem illico nequaquam adhibeant, ſed perpenſo iudicio omnibus (vt aiunt) audientiã præſtent, quod ipſum. l. 3. tit. 4. par. 3. his verbis ſuaſsit. Porque algunas vegadas acaece que muchos de aquellos que piadoſamente ſe querellan andan con enemiga. y adelãtanſe a querellar por encubrirſe o meter à culpa a aquellos de quien ſe querellan, qui quidem credulos iudices his figmentis plerumq́ fallunt.

Summaria ex Cap. ſequenti.

1 *Iudices diſcreti à nimia ſubditorum ſiue officialium familiaritate cauere vtiq́ debent.*

2 *Iudex qui patitur, vt illi ad aurem alloquantur, recuſari poteſt.*

3 *Iudex euitabit ſuſpicionem ſi quicquid illi ad aurem locutum fuerit, coram aſtantibus referat.*

4 *Dum nimium ſeruatur humilitas, regendi frangitur auctoritas.*

5 *Quid iudex seruare debeat ad euitandam collitigatorũ familiaritatem?*

6 *Animi sui votum iudex nullatenus detegere seu propalare debet.*

7 *Iudex efficitur suspectus, quando votum suum partibus ante pronuntiationem sententiæ declarat.*

8 *Glosa in. ciui. reprobatur, ex eo quod aliud debeant gerere in corde aliud simulare dicat.*

9 *Norma à iudicibus seruanda, circa votum sui animi propalandum.*

10 *Quod à pluribus sapientibus quæritur, facilius inuenitur.*

¶De nimia familiaritate à iudicibus erga subditos vitanda. Traditurquè norma vti sui animi votum propalare debeant. Cap. 4.

Cum in præcedenti capite credulos iudices sa-
1 *tis increpauerimus, reliquũ est eosdẽ hoc loco admonere, vt à nimia subditorũ siue officialiũ familiaritate sedulò caueãt, ne facile apud ipsos in contemptum deueniant, vt docet sing. tex. in. l. obser*

obseruandū. ff. de off. Præs. cum qui à cōcordat. l. 8. tit. 4. p. 3. & c. & si iudæos, de iudæis & c. quā do. 80. dist. adde gl. in extrauag. vni. de Pri. Ioā. 22. vers. impediatur propter nimiā enim familiaritatem in sinistram incidunt suspicionem, ac recusari possunt, cap. insinuante & ibi doct. de offi. deleg.

Unde quando iudices nimium affabiles se partibus præbent, ansam inde capiunt litigatores, vt illis secretè ad aurem alloquantur, ex quo etiam tanquam suspecti recusari possunt, vt tradit Specul. tit. de ad vo. §. hinc dicendum in fine & in tit. de deposi. §. septimo videndum vers. certe iudex; & sequitur Marāta & alij doctores quos ipse refert in Spec. aduocatorum. 6. p. num. 44. Adde Rube. in repeti. cap. per vestras in materia hæresis in fine repeti. c. 10. Sed iudex debet esse cautus, ita vt quicquid ad aurem illi à collitigatoribus dictum fuerit, coram astantibus referat, & euitabit suspicionem, vt Greg. Lopez. in dict. l. p. voluit sequendo Specul. Ac Domini imitabitur exemplum, qui mittens Apostolos ad prædicandum præcepit eis. Quod dico vobis in te 2 3

nebris

bris, dicite in lumine, & quod aure audistis prædicate super tecta.

At licet neminem ob id recusari viderim, adhuc his confabulationibus aurem porrexisse nollem, quia non excusabitur sinistra suspitio, & illud vulgare dici solet (quod nimia familiaritas contemptum parit) Sed Azo hoc procedere inter fatuos dicebat, & quod prudentes ex hoc magis iudicem commendant & amicitiam conseruãt, vt habetur in glo. in dicto cap. quando. 86. dist. notant Panor. in. dict. c. & si iudeos.

4 *At vero quia rari sunt prudentes & fatuorũ infinitus est numerus, iudicibus merito consulerem præsertim Hispaniæ, vt familiaritatem erga subditos & potissimum erga litigantes ac nimiam humilitatem præcaueant, quia dũ nimiũ seruatur humilitas regendi frangitur authoritas ex tex. in dict. cap. quando, notat Archid. ibi & Panor. in cap. dilectus de pœn. num. 2. & grauitas est cum modestia à iudicibus seruanda, vt in dict. l. obseruandum habetur.*

5 *Imo vellem vt nullus iudicum vlli collitigatori domi sedile præbeat, sed condignis assurgat,*

quos

quos placide audiat, ac breuiter eorum causas expediat, vt aliorum negotiorum expeditioni vacet: multi enim vt experimentum docet sæpe domum iudicis ingrediuntur eius familiaritatis captandæ causa, qui l. Iuli. de ambitu puniri possunt iux. tex. in l. 1. §. & si quis & ibi Bar. ff. eod. notat Greg. Lopez in gl. l. 26. tit. 22. p. 3. versi. dādoles, & sepissime erga iudices amicitiam & familiaritatem inire, & si opus est fingere contendunt, tū vt illis faueant tum vt collitigatores deterreāt & inanimes reddant ad prosequendum lites vel vt illis facilius cedant, aut transactionē ad eorum libitum faciant, quæ omnia cuncti iudices & potissimum Ecclesiastici attendere & præcauere debent, quia hinc etiā alia multa prodire in commoda solent.

Huic etiam cōuenit & illud admonere, vt animi sui votum partibus detegere seu propalare fu- 6
giant, sed ingenio suo auctoritatem dignitatis augere elaborent vt d. lex obseruandum docet. Sed nec debent omnino dissimulare dicit l. nequaquā §. circa. ff. de off. procons. Nam aliquando opportebit supplere partiū vel aduocatorū defectū vt in titulo C. vt quæ de aduo.

Unde Alberi.in.l. vbi falsi.C.de falsis testa-
7 *tur dicens quod in multis partibus obseruatur,*
aduersus albe. *vt iudices antequam sententiam proferant, expresse partibus dicant quicquid sentiant de causa, vt si velint possint alios sapientes consulere, & vocat istam laudabilem cõsuetudinem, quia exonerat iudicem ab omni suspicione sinistra, quæ consuetudo mihi utiq; displicet, quia his temporibus hominũ malitia eo ventũ est, vt ex verbis iudicũ et motu corporis votũ facillime calleãt & quicquid de causa sentiãt quasi certo sciant, quo nõ solũ iudicẽ exonerãt, imo grauiter onerãt quia animi sententia vtcumq; à litigantibus cognita, nunc prece, nunc precio, & si opus est minis & alijs artibus, iudicem à recto tramitte & iusto iuditio dimouere contendunt, & aliquando iniustis recusationibus, ac friuolis appellationibus interpositis, lites protrahunt. Quinimo si quicquid de causa senserint partibus manifestauerint prout Alberic. placuit.*

Hinc iudices qui partibus declarant sententiam ante eius prolationem, tenentur pœna falsi iux.tex.in.l.1.ff.de falsi.probat Inno. in c. irre-

fraga-

fragabili, de offi. ordi. & not. Pute. de Synd. ver. suspitio nu. 7. fol. mihi. 120. Et qui animi sui opinionem aperiūt, merito recusari possunt, iux. sen ten. Joan. Andreæ Abb. & aliorū in dict. c. irrefragabili. §. excessus de offi. ordi. nec nō & Aufre. tract. de recusat. n. 15. notat Ias. in l. apertissimi nu. 9. C. de iudi.

8 Nec etiā mihi placet in ꝓposita quæstione opinio gl. in dicta l. obseruādū d̄nm ex tex. probare intendit, quod aliud debēt gerere in corde aliud vero simulare, subdēs etiā quod sic facere solēt Bononiēses, & nisallor multi Hispani iudices idē facere cōsueuerūt. oēsq; ex mea sententia deuiare videtur. iustitiæ enim Trutinā ministrantibus, vti simulatione nō decet, quia est veluti quædā deceptio, quæ bono viro haud cōgruere videtur. Et ex eo id magis patet, quia ex eadēmet dissimulatione iterū litigātes colligent, quicquid illis in animo fuerit à contrario procedendo.

aduersus glos. in, l. obseruandum. ff. de offi. presi.

In quo etenim dubio media via nisallor eligēda est, ita vt ne quicquid de causa senserint partibus protinus manifestent, nec omnino silescāt vel 9 simulent, sed si exactis & aduocatorum allegationibus

gationibus alioue modo iuſtitiam indubitanter perceperint, ſimulent prorſus, ſin autem aliqua emergant dubia, pro faciliori inſtructione iuſtitiæ aduocatis ſeu partibus opponere non reſpuãt prout docet Grego. Lop. in. l. 3. tit. 4. part. 3. vbi dicit, quod non expreſsè dicebat animi ſui votum ſed aduocatis opponebat, vt poſſent ſuper oppoſitionibus cum ſtudio iterum reſpondere de iure, & ſic poſſet intelligi opinio Alber. Quam praxim licet minimus iudicum & ego ſeruaui dum iuridicundo præfui, & Illuſtriſsimi Rotæ iudices dubia cauſarum partibus etiam adere ſolent, & merito quidem, quia huiuſmodi veritas occultata magis explendeſcit in lucem vt in cap. graue. 35. quæſt. 9. & in. l. merum. §. mixta. ff. de muner. & honor. adde. l. diui fratres. ff. de iu-
10 *re patron. Et quod à pluribus ſapientibus quæritur facilius inuenitur cap. ſi. 20. diſt. integrumq; eſt iudicium quod ſententia plurimorum confirmatur, cap. Prudentia de offi. deleg. & cap. extra conſcientiam. 64. diſt.*

Summaria ex Cap. sequenti.

1 *Obediendi iudicantium facilitas iniustis Præsulum mandatis reprahenditur.*

2 *Prælatis de iure diuino & naturali obediendum est, sed non iniusta iubentibus.*

3 *Mandatum Romani Pontificis est adimplendum quatenus iusta & rationabilis causa nõ adimplendi reddi potest.*

4 *Papa & Imperator inter cæteros astringuntur lege honestatis & naturalis iustitiæ ea seruare quæ ipsi cõdiderunt.*

5 *Iniustis Præsulum mandatis cautè obediedum, & in excusatione super sedendum est vsq; ad secũdam iussionem.*

6 *Executio præcepti superioris in foro conscientiæ differri potest quotiescunq; maius damnum timetur ex ea quam ex dillatione.*

7 *Præsules pleriumq; inuerecunda petentium inhiatione constringuntur vt non concedenda tribuant.*

8 *Indubio præsumitur præceptum superioris esse iustum*

9 *Inuehit auctor contra miserabiles judices, qui nedum Episcopis imo eorum famulis contra conscientiam placere contendunt.*

10 *Iudices hi laudandi sunt qui Præsuli iniusta iubenti, et in errorem inclinato non solum obedire recusant, imo resistunt.*

11 *Partes alias recenset auctor ex quibus etiam iudices laudandi sunt.*

De exequendis mandatis Præsulũ & qualiter eis à iudicibus sit obediendum. Cap. 5.

1 *RVrsus hoc non omittendum duximus, quod plerumq́; iudicantes in gehennam perducere solet, videlicet obediendi facilitas iniustis Præsulum mandatis, quia cum ab eis promoueantur, et ad eorum libitum etiam amoueri queant, vt habetur in Clement. Et si principalis, vbi glo. & doct. de rescript. & latè tradit Rebuf. in praxi benef. in forma. Vica. num. 192. iniusta quæq́; præcepta adimplere non recusant, ne forte veniat Cæsar, & auferat illis Regnũ: in quo non minimus labor ac totius iurisdicundi pondus consistere videtur. Et enimuero qui in hoc probati inuẽti fuerint merito pro eis illud Hostien. circa iudices re*

ctè

ctè facientes officium suum dici potest, nempe quod magis marentur quam fratres heremitæ, sed quisnam erit hic, & laudabimus eum fecit enim mirabilia in vita sua.

Subinde attendant cuncti ecclesiastici iudi-ces, quòd quãuis de iure naturali & diuino Præ 2
latis & superioribus obediendum sit sub peccati reatu, Prouerb. cap. 8. & cap. quo iure. 8. dist. cap. 2. de maiori. & obedi. c. omnis anima de cẽsib. Veruntamen potius obediendum est Deo quam Principi iniusta iubenti iuxta tex. cum alijs quatuor sequentibus in cap. non semper. 11. q. 3. meliusq; est pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione beneficium. c. nemo peritorum. 11. q. 3.

Et aduertant insuper discreti iudices, vtroq;
iure stabilitum esse, mandatum Romani Ponti- 3
ficis seu Principis eatenus esse adimplendum, quatenus ratio non adimplendi reddi potest iuxta tex. in capit. si quando de rescript. & in capit. cum teneamur, de præbend. adde auth. de mãda. Prin. §. inde cõpetẽs, vers. quis autẽ, & in auth. vt nulli iudi. §. et hæc vero iubemus

col.9.& .l.& si non cognitio.C.si contra ius.veluti.pub.& ibi doct.vnde glo.sing.in.d.authen. de manda.prin.dicto.§.deinde competens.vers.nuntians,infert argumentum contra miseros Prælatos, qui timent in tantum literas domini Papæ, vt non audeant reclamare quod facere nō debēt quando rationabilis & iusta causa id suadeat, quam glo.Feli. Bald. & Inno.sequuntur in d.c.si quando, atq; glo. in.l. puniri.C.si contra ius vel vtili pub. dicit, quòd non debent timere, sed veritatem sequi, quia sic placebunt Deo & Papæ.

Imo & ipsemet Romanus Pontifex ita fieri desiderat dum dict.cap.cum teneamur in fi. hæc verba subiunxit, æquanimiter sustinemus si pro eo mandatum nostrum non duxeris exequendū. & in dict.cap.si quando de rescrip.innuit etiam, & patienter sustinebimus si non feceris quod praba nobis fuerit insinuatione suggestum, & deniq; in rescriptis Pontificum apponi solent clausulæ iustificatiuæ si preces veritati nitantur, & quatenus non tollatur ius quæsitum alicui, & aliæ huiusmodi: vt semper veritas occultata elucescat

ac

ac magis exagitata explendeſcat in lucem, vt in fine præcedēti .c. abunde diximus.

4 *En Præſules optimi, quemadmodum Papa & Imperator inter cæteros adſtringantur lege honeſtatis & naturalis iuſtitiæ omnia ea obſernare quæ ipſi condiderunt, vt ſanctus Tho. docet. 2 2. q. 9 6. ar. 6. Hinc ergo diſcite veſtris iudicibus honeſta & iuſta iubere, & ſi forſan non obedierint æquanimiter ſuſtinete, attendētes ad motiua & cauſas non obediendi, quia non dicitur contra mandata Regis veniſſe qui pro vtilitate & honore Regis non fecit, vt pulchrè notat Bald. in l. fi. C. de neg. geſt. & Alex. conſil. 106.*

5 *At cautos vellem eſſe omnes inferiores iudices, vt ſemper obediant ſuperiorum præceptis, niſi contineant peccatum aut errorem intollerabilem, & quòd in eorum executione ſi opus fuerit ſuperſedeāt, aut ſupplicationē interponant, & in intimatione vel prout negotij qualitas exegerit cauſas & motiua ſuperſedendi referant, & circa veritatem ſuperiorem inſtruant iuxta notata per glo. in. l. quoniam la. 2. C. de appellationi.*

qua cauetur quòd assessores debent resistere iu-
6 *dici ad errorem inclinato, & subditi Prælato le*
gem ignorãti instruẽdo eũ. Et cum opus fuerit
expectent secundam iussionem iux.tex. in auth.
de iud.§.fi.& in authen. vt nulli iud.§.& hoc ve
rò iubemus col.9. concor.l.3.&.34.tit.8.part.
3.vide Put.de Synd.verb.officialis num.6.pagi.
mihi.186. Adde Feli.dict.cap.si quando de res
crip.§.supersederi & Auiles cap.1.de los Corre-
gidores glo.mandamos nu.23.& Roder. Suar.
in alleg.12.vers.primo non potest negari.

6 *Et in tantùm hoc est verum quod in foro cõs*
cientiæ executio præcepti superioris differri potest
quotiescunq; maius damnũ timeretur ex ea quã
ex dilatione, quod fit vsq; dum appareat de vera
præcepti iustitia, vt Nab. docet in Relect. c. in
ter verba.11.q.3.corrola.53.& Soto de secret.
3.men.q.2.sequitur Couar. in relect. c. peccatũ
1.par.num.5.in fine.

Et licet huiusmodi supplicatio non suspendat
mandati executionem, sicuti appellatione fit, vt
glo. probat. in c. ex literis de in integrum restit.
& latè discutit Maran.in Specu.aduocatorum
par.6.

par. 6. num. 26. non ob id ea quæ iniusta videntur adimplenda vel exequēda sunt, quia supradicta gl. glosa loquitur in controuersijs & litibus inter partes, nos autem in mandatis verbis nudis seu motu proprio aut aliàs sine causæ cognitione emanatis vt Aui. notat in. d. c. 1. nu. 23. in fi. & Fely. dicto. c. si quando num. 8. vbi etiam nu. 2. refert Anchar. cons. 235. dicentē quod si mādatū contineat excōmunicationē latæ sententiæ dum super sedetur stat in suspenso.

Non autem timeant ob id eis officia auferenda fore, imo apud ipsos Præsules postmodum maximi habendos esse existimo: quia vt dicit Rota in antiquis, decis. 820. iudex debet habere firmiter animum ad faciendam iustitiam, nec preces magnatorum debent mutare animum suum, & si contrarium faciat non obstantibus precibus, illi ei magis famam dabunt.

Et ex eo potissimū id exequi debent, quia plerumq; Principes ita inuerecunda petentium inhiatione constringuntur, vt non concedenda tribuāt, vt habetur in. l. 1. C. de petit. bono. subla. li. 10. & in cap. cum in iuuentute. §. cæterum 7

de pur

de purgati. canoni. notat glo. sing. in cap. 1. de constit. lib. 6. verbo noscatur, & glo. in cap. tuæ fraternitatis de præben. adde aliam in. c. audacter. 8. q. 1. Et aliquando importunitate, blanditijs, & adulationibus mouentur ad aliquid concedendum, quod aliás non essent concessuri, vt latè discutit Rube. in rep. Rub. §. 81. num. 7. cum seq. notat Roderi. Sua. vbi suprà & sæpè cauillationibus & sinistra partium relatione ad id inducuntur, ita vt non semel sed sæpius resistere & supersedere opporteat.

At verò si prælati hac nostra infœlici calamitate currentes & volentes officiaq; anhelantes sibi iudices associant, (heu) qua fronte hæc vilissima capita adimplere & exequi recusabunt, quicquid illis præceptum fuerit? Sed ò vtinam in
3 *hoc solummodò istorum error consisteret, quia prælati vt plurimum recta & iusta iubent, in dubioq; iustum præceptum superioris præsumitur. cap. si quid culpatur. 23. q. 1. glo. in cap. ad aures de temp. ordi. & cap. in præsentia de renunt. & cap. itanè. 32. quæst. 5. glo sing. in cap. ex tenore. & ibi doctores de sent. excom.*

Sed

Sed quod dolendum & execrandum maxi- 9
mopere est, quod omnibus Episcoporum famulis & Inuectio authoris aduersus iudices.
officialibus domus, adeo placere & assentiri contendunt, ut etiam si iustitiæ trutina subuertatur aduersus eorum quemlibet, adhuc & coqui famullum nusquam iustitia cõsequatur. Et si forsan miserrimi iudices aliud facere intenderint, iam tota Episcopalis domus aduersus eos commoueri videbis, usque dum turpiter ab officijs expellantur, sin autem his omnibus utcumque placuerint, assiduè apud ipsosmet Præsules commendãtur, boni rectique appellantur iudices, perpetuique officiales efficiuntur, (heu) licet incauti & ineruditi sint. Sed quid obsecro miserabilibus proderit bonum nomen (læsa conscientia & iustitiæ trutina) apud Præsules conquisisse, si his omnibus ædificant ad gehennam, & tandem cum Zabulo morituri sunt.

10
Postremo ex mea sententia præter illas iudicantium partes, quas in principio huius libelli satis abundè enarrauimus, hi etiam iudices merito 11 Iudices qui laudãdi sũt.
laudandi extollendi ac commendandi videtur, qui Præsuli iniusta iubenti & in errorẽ inclinato

non solùm obedire recusant imò resistunt, & ipsum ignorantem de iure instruunt, & iusto libramine tam eorum famulis quàm exteris iustitiā ministrant, qui etiam notariorum cupiditatem frenant, sportularumq́; exactionem publico tribunalis instituto moderantur, ac partium laboribus & expensis breui litium expeditione occurrunt, & processus acta sæpe recensent, oculisq́; subijciunt, & aliquando uti male à notarijs ordinata dilacerant, & in actis redigi iterum iubent, & tandem qui rogati accessere & quasi inuiti manent ac discedere cupiunt laudandi sunt. Ex quibus profectò vellem, vt vnusquisq; Præsulū quātūcumq; expertus ac literatus existat, vnū veluti fidelē cōsultorē apud se habeat, qui ipsiusmet Episcopi & totius domus ac Episcopatus etiam gubernationem verè prudenter & absq; adulatione aliqua gerat, expulsis inde adullatoribus & consultoribus iniquis qui nihil boni consulunt, ac neminem præter se & suos augere contendunt.

Summaria ex cap. sequent.

1 *Iudicibus nullatenus licet litigantes verbis contumeliosis.*

sis afficere lædere seu vituperare.

2 *Secus si corrigendi animo fiat.*

3 *Melius est cum seueritate corrigere, quam cum lenitate decipere.*

4 *Iudex competens efficitur, pro vindicanda iniuria sibi tanquam officiali irrogata.*

5 *Secus si illata fuerit tanquam priuatæ personæ, & quæ dicatur priuata persona.*

6 *Iudex qui exequitur pœnam pro iniuria sibi illata, an recusari possit, vel ab executione appellari.*

7 *Iudex delegatus solum procedere potest aduersus perturbantes & impedientes suam iurisdictionẽ, aliàs causam ad superiorem remittere debet.*

8 *Secus in leuibus iniurijs, & quæ sit leuis iniuria satis perpenditur.*

9 *Omne crimen in iudicis conspectu pro Tribunali sedentis admißum notorium dicitur, & iudiciarium ordinem non requirit quoad punitionem conteptus.*

10 *Ratione perturbatæ iurisdictionis laicus fit de foro Ecclesiæ.*

11 *Laici qui coram Ecclesiastico iudice se verbis iniuriosis affecerunt, aut aliud delictum perpetrarunt, an ab eodem puniri posint?*

12 Laicus *qui in Ecclesia deliquid à quo iudice puniendus.*

Quod iudices litigantes verbis contumeliosis lædere seu vituperare non debeant & qualiter iniuria iudicibus irrogata vindicari valeat.

Cap. 6.

1 *PRæterea quia plerumque iudices Ecclesiastici fori verbo seu facto litigantibus iniuriam inferre solent, & aliquando ipsi litigantes iudicibus eorumque officialibus, operæpretium erit hunc breui manu articulum discutere & cũ primũ, iudicibus nullatenus licet, litigantes verbis contumeliosis afficere lædere seu vituperare, indecorum enim est & aduersus dignitatis auctoritatem, exindeque actione iniuriarũ tenerentur, iuxta l. iniuriarium, §. 1. ff. de iniurijs, cum qua concordat. l. 16. tit. 9. par. 7. Nec enim nasci debent iniuriæ vbi iura nascuntur l. meminerint. C. vnde vi. c. infames. §. arcentur. 30. q. 7. Nisi hoc fe-*
2 *cerint corrigẽdi occasione quia cessabit iniuriarũ actio, vt notat Ang. cons. 154. & Paris. de Pu. Syndic. verbo cõtumacia in prin. vbi dicit, quòd iudex potest verecundias alicui pro delicto infer*

re

re per tex. in cap. cum dilecti de accusat. nam pudor est pœna delicti, unde iudices discreti seueritatem aliquam aduersus litigantes exercere possunt, non animo seuiendi, (vt quidam incauti & miserabiles faciunt) sed animo mædendi iuxta tex. in cap. odia. 81. dist. nam melius est cum 3
seueritate diligere quam cum lenitate decipere vt habetur in cap. non omnes. 5. q. 5. quòd cautè ac prudenter experiri debent, quia non solum facta sed verba iudicis inferunt aliquando iustũ metum l. qui aliena. §. Celsus & ibi docto. ff. de acquir. hæred.

Deinceps sicut præmisimus si verbo aut facto iniuria iudicibus irrogata fuerit, nunquid ipse- 4
met iudex competens erit ad vindicandam eam? & videtur dicendum quod si iniuria sibi & eius familiæ illata sit tanquam officiali quòd erit iu- 5
dex competens, atq; ius sibi dicet, secus autem si irrogata fuerit tanquam priuatæ personæ, quæ tũc priuata præsumitur quando non iudicialiter procedit, vt notat Panor. in cap. cum causam de offi. deleg. num. 4. & 5. quam dist. Iulius Clarus refert & sequitur, & eam more suo dicet esse com-

muniter receptam lib. 5. recep. senten. §. fi. quaest. 35. num. 26.

6 *Veruntamen vtroq; casu aduertendum est, quod si poena pro simili iniuria est à iure praefixa, erit iudex competens ad exequendum eam, & ab executione non appellatur l. ab executore, C. quorum appell. non reci. nec iudex recusari potest, quia est species appellationis, secus autem si ipsius iudicis arbitrio imponenda venerit, quia tunc poterit vt suspectus recusari, vt ipsemet Iulius Clar. vbi supra adnotauit, & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 5. post numerũ. 21. vbi etiam dixit qualiter iudex poenam arbitrabitur, & ad quas poenas iudicis arbitrium extenditur, & alia copiose & parum vtilia circa istam materiam adducit.*

Sed supradictam distinctionem cum praemis-
7 *sis adnotationibus prius ac latius disseruit Auiles c. 3. Praetorum, glo. aduogados nu. 12. cum sequentibus vbi addidit quod iudex delegatus solummodo cognoscet de iniuria sibi illata, quando iurisdictio sua impeditur, quia aduersus eam impedientes, & quomodolibet perturbantes proce-*

dere

dere poterit, secus aũt si nõ impediatur, quia tũc debet ad superiorẽ causam remittere, vt ipse puniat, & cautius erit hoc agere præsertim quando iniuria seu iurisdictionis perturbatio grauis est.

At vbi leuis fuerit iniuria (Veluti si litigãtes importuni sunt & insolentes, & veluti si immo- 8
deratè et excessiuè loquãtur, ac vociferẽtur corã iudice vt notat Bar. in. l. librarius. ff. de reg. iur. quẽ refert & sequitur Abẽda in. c. 14. Prætorũ nu. 6. & veluti si quis iudici irreuerẽter loquatur, dicẽdo illi, tu, aut vos, vbi nõ adest cõsuetudo huiusmodi loquẽdi, vel ex contẽptu segerat corã iudice veluti si cũ arrogãtia aut cũ digito erecto vadat ad eius faciẽ, vt satis ista recẽset Pute. de Synd. verbo notoriũ iudici nu. 11. cũ sequen. folio mihi. 182.) iudex delegatus vel ordinarius
indistinctè poterit iuxta irreuerẽtiæ qualitatẽ 9
verbali correctiõe, mulcta, seu carceris pœna, aduersus reos vti, & statim sine processu aliquo sũmatim tanquã in notorijs procedere, quia omne crimẽ in iudicis cõspectu pro tribunali sedentis admissum notoriũ dicitur, & iudiciariũ ordinem nõ requirit, vt not. Luc. de Pena in. l. quoties. C. de digni. li. 12. quem refert & sequitur lateq;

hunc

hunc articulum discutit Pute. vbi supra.

Verum enimuero non erit inconueniẽs, quòd iudicanti iniuriam inferens sit laicus alienæq; iurisdictionis, quia ratione offensæ dignitatis & perturbatæ iurisdictionis incidenter fit de foro Ecclesiæ, veluti quando testis laicus qui falso coram iudice ecclesiastico deposuit, nam extraordinariè & incidenter ab eo puniri potest, vt notant communiter doctores prout resoluit Iulius Cla. vbi supra q. 38. num. 14.

11 *Et pari ratione quando laici coram Ecclesiastico iudice contumeliosis se verbis affecerũt, vel aliud delictum perpetrarunt puniri ab eo extraordinariè possunt ratione solius contemptus atq; perturbationis: præsertim si rixa ortum habuit à negotio quod inter eos coram ipso iudice tractabatur. crimen aũt ipsum principale coram sæculari iudice vindicabitur, veluti quando laicus in*
12 *Ecclesia deliquit, quia ratione sacrilegij & loci sacri contemptus, potest à iudice Ecclesiastico coerceri, & à sæculari ipsum principale delictum, iuxta tradita per docto. in cap. cum sit generale de foro compe, notat Bosius vbi supra tit. de sacrile-*

crile.num.fi.& latius Cauarr.variar.lib.2.cap. 20.nu.18.fo.35. Licet Iu.Cla.vbi supra.q.38. nu.18.dixerit huiusmodi delicti cognitionem tã tummodo ad sæcularẽ pertinere. In Hispania autem praxis recepit, vt vltra sacrilegij exactionem, iuxta delicti & contemptus qualitatem, deueniatur ad aliam spiritualem pœnam, orationis nempe & elemosynarum, vel alicuius publica pœnitentiæ, & huiusmodi.

Summaria ex Cap. sequenti.

1 *In iudicijs non est acceptio personarum habenda.*

2 *In his quæ fiunt ex mera gratia apud Deum & homines fit aliquando personarum acceptio secus autem ex mera iustitia.*

3 *Quando ad peccantium correctionem proceditur nõ est facienda personarum distinctio secus in modo coercendi.*

4 *Bonus iudex non debet fauere vni parti magis quam alteri licet potest se inclinare in partem quæ fouet potiora iura.*

5 *In pœnis irrogandis dignitati & personæ aliquando defertur.*

6 *Pauperibus, viduisq́ & puppillis fauendum esse in iudicijs multis sacræ scripturæ auctoritatibus demōstratur.*

7 *Inuehit auctor aduersus huius calamitatis iudices qui nusquam vel raro fauent pauperibus.*

8 *Causæ pauperum oppræssorumq́ & viduarum ad Ecclesiæ protectionem spectant.*

9 *Quod vero intelligendum est quando iudex sæcularis eisdem iustitiam ministrare neglexerit.*

10 *Si iudex sæcularis superiorem habeat, etiam data eius negligentia Ecclesiasticus non debet se intromittere.*

11 *Protectio pauperum eorumq́ oppressiones iure etiam canonico ad sæculares magistratus pertinet.*

12 *Supremi sæculares iudices Ecclesiasticos hodie negligentes compellunt administrare iustitiam.*

13 *Eatenus pauperibus viduisq́ & orphanis fauendum est, quatenus alijs iniuriam non inferamus.*

14 *Constantes iudices nullatenus moueri debent lachrymis litigantium.*

15 *Legibus magis quam clamoribus iudices adhærere debent.*

De acceptione personarum in iuditio vitãda, deq; fauendi norma pauperibus viduisq; & orphanis. Cap. 7.

Atten-

ATtendant præterea cuncti fori Ecclesiastici iudices, quòd in iuditijs non est acceptio personarum habenda iuxta vulgatissimam iuris regulã, cũ in iuditijs vbi Dynus & auth. de Mona. §. 1. Adde tex. in c. nouit de iudi. & in l. hos accusare in fi. ff. de accus. iudex enim debet esse omnibus idem & nemini complacere contra veritatem, vt tradit Panor. in cap. qualiter & quando. 2. de accus. num. 8. & in Deute. cap. 1. habetur, audite illos & quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille siue peregrinus, nulla erit distinctio personarum, ita paruum audietis sicut magnum, nec accipietis cuiusq; personam, quia Dei iudicium est, & act. Apost. 10. Petrum dixisse fertur, in veritate comperi quod non est acceptor personarum Deus. 1

Sed hoc intelligit gl. in. l. 1. ff. de postu. quoad Deũ, secus quo ad nos, sed Bar. ibi dixit, quod sicut est apud Deum, ita & apud homines deberet esse: nam in his quæ fiunt ex mera gratia etiam apud Deum est acceptio personarum, in his vero quæ sunt ex mera iustitia, nec apud Deum nec apud homines, sequitur Panorm. 2

3 *in d.cap.nouit,nu. 8 .versi.nota, vbi, subiungit, quòd quando proceditur ad correctionem peccātium,non est facienda distinctio personarum,in modo verò coercendi & puniendi ac generibus pœnarum,differentia constitui potest, vt notat glo.sing.in cap.qui contra pacem. 24. q. 1. facit tex.in cap.sanè de offic. deleg. & cap. 2. eod.tit. libr.6.*

Vnde Cassiodorus lib.3. natural. Censebis inquit in commune quæ sunt amica iustitiæ: nescit enim personas respicere qui merā cogitat æquitatem. Hinc notat Inno.in cap. accedens vt li.
4 *non contest.quòd bonus iudex non debet fauere vni parti magis quā alteri,aliàs recusari potest: licet possit se inclinare in partem quæ fouet potiora iura,iux.tex.& doct.ibi in c.suborta de re iu. sed hoc prudenter fieri debet ne iudex incidat in suspitionem,licet iuxta glo.communiter receptā in regu.cum sint iura partium de regu.iu. in. 6. in principio litis fauēdū est actori potiusquàm*
5 *reo,in medio vtriq; in fine reo.*

Aduersũ iudices iuniores.

Sed hodie iuniores iudices ne quaquam animum suum continere possunt,quin eius motum facilli-

facillime detegant, atq; palam vnius partis iustitiam, in aperto defendant, & potissimum vt lite ratos se ostendant, quia scire suum nihil esse autumant nisi se hoc scire sciant alij.

Præterea in pœnis irrogandis summendisq; supplicijs, dignitati & personæ aliquando iure deferri solet, c. beatus. 45. dist. & cap. fi. de transact. idemq; obseruatur in honoribus deferendis & munerũ præstatione, & alijs huiusmodi, atq; in arbitrarijs etiam oportet aliquando iudicem habere gratiosum iux. tex. in cap. consuluit de offic. deleg.

Nec inepte huc retorqueri potest, in iudicijs operæprecium esse, pauperibus viduisq; & alijs miserabilibus personis (qui vt plurimum ab alijs opprimuntur) fauere subuenireq; & in ministranda iustitia alijs præferre. Nam ex Isidori sententia, Pauper dum non habet quod offerat, non solum non auditur, sed etiam contra iustitiam opprimitur, & per Isa. Dñs ait, Pupillo non iudicant & causa viduæ non ingreditur ad eos, tuq; interim maledictus eris, qui aduenæ puppilli & viduæ iudicium peruertis Deut. 27. rursus in iu 6

dicando esto: puppillis misericors ut pater, et pro viro matri illorum, & eris tunc velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis quam mater Eccles. 4. Et iterum viduæ & puppillo nō nocebitis, si læseritis eos vociferabūtur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiāq; vos gladio & erunt uxores vestræ viduæ, & filij vestri puppilli, Exod. 22.

Quorum clamores quam sint Deo odibiles, quamq; seuerè eorū neglectores puniat, clarè demonstrat, cum ait, nonne lachrymæ viduæ ad maxillam ascendūt, & exclamatio eius super deducentē eas? à maxilla enim ascendunt in cælum, et dominus exauditor nō delectabitur in eis Eccles. 35. Propter oppressionem præterea puppillorum & viduarum, in exilium & captiuitatem missi fuerunt filij Israel Ezech. 22. & deniq; Prouerb. 22. habetur: non facies violētiam pauperi, quia pauper est, nec conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus causam eius, & configet eos qui configerunt animam eius.

7 *Verum enimuero perpendendum maximopere est, quare huius calamitatis iudices adeò*

indurato animo in his versentur, vt his marmoreum pectus habere videantur, nec tot sacris auctoritatibus inflectantur, totq; minis non terreantur diuinis. Proinde cunctos lubens rogo iudices, vt hisce diuinis edocti auctoritatibus, citra nullius personæ exceptionem rectam æquitatis virgam seruare contendant, & suæ clementiæ oculos ad viduarum lachrymas necessitudinesq; conuertant, ac miseros puppillorum singultus &, defensionem clemẽter aspiciant pauperumq; omnium patrocinium assumere, eorũq; protectionem subire dignẽtur.

Iudicis enim æquissimi est, vt inquit Specul. tit. de offic. ordin. §. 3. & titulo de offi. omnium iudicum. §. fi. versi. 2. horum grauamina subleuare, & ex officio subuenire, alienamq; necessitatem suam existimare: vnde Bald. in. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. Præsi. adnotauit, quod beneuolos se præstando pauperibus, & non diuitibus, magna est apud Deũ elemosyna. Et Philip. Maced. vt Plutar. cõmmemorat, cum anus paupercula rogaret vt suã causam decideret, se non esse ociosum respondit

pondit, tunc anus vociferans, Regem te nolim inquit, ille verbum admiratus non illam modò sed alios continuo audiuit.

8 *Et ex eo potissimum hoc eis incumbere videtur, quia causas pauperum oppressorum viduarumq; & peregrinorum ad Ecclesiam spectare dignoscatur, iux. tex. decis. in cap. si quis de potentioribus. 24. q. 5. & cap. 1. 87. dist. & cap. super quibusdam in fine de verb. sig. Adde tex. in cap. ex tenore & ibi doctores de foro compet.*

Sed hoc intelligendum erit, in causis ad forũ
9 *Ecclesiasticum quomodo libet spectãtibus, aliàs secus, nisi iudex sæcularis cuius iurisdictioni subsunt iustitiam ministrare neglexerint, vt notat Couar. pract. qq. c. 6. nu. 1. in fi. Sed hoc casu adhuc ipse crederem quòd etiam si iudicis sæcularis detur negligentia Ecclesiasticus non debet se intromittere ad cognoscendum de oppressionibus laicorum quantuncumq; pauperes & miserabiles extiterint, quando iudex sæcularis, qui negligens fuerit superiorem habet apud quem huiusmodi laicorum oppressiones & grauamina satis resarciri possunt.*

Vnde

Vnde glo.in cap.iudei.2.de iud.& alia iura concordantia,quibus deciditur, Eccleſiaſticum iudicem poſſe compellere ſæcularem negligentem vt iuſtitiam miniſtret,intelligit Montal.in l.8. tit.7. lib.1. fori glo. 1. quando ſæcularis negligens ſupriorem non habet, & ita forenſis praxis communiter admiſit ac recepit, nec vnquam in Hiſpania vidimus,in caſu negligentiæ Eccleſiaſticum compellere ſæcularem. 10

Conſulerem tamen Eccleſiaſticis,vt cognita magiſtratus ſæcularis nimia negligentia,vel ſuperiorem commonefaciant,vel monitorijs literis charitatiuè ei ſuadeant & inducant ad iuſtitiam æquè miniſtrandam, oppreſſis præſertim & miſerabilibus,proponendo ei qualiter iuſtitiæ integritatem inuiolabilem ſeruare teneatur,qualiterq; æquitatis virgam nuſquam nō rectam geſtare debeat, & alia huiuſmodi, quæ iudicem æquum bonumq; & non negligentem æquè decent.

Sed quid amplius hic immoramur,nōne etiā iure canonico protectio pauperum eorumq; oppreſiones ad ſæculares poteſtates ſpectare dignoſ- 11

cuntur? vt tex. constituit in cap. Regum, & cap. administratores, & cap. Principes. 23.q.5. nam regũ proprium officium est iuxta sententiam diui Hierony. in comm. ad Ieremiam super c. 22. facere iudicium atq; iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, & peregrinis puppillisq́; & viduis qui facilius opprimuntur à potestatibus, præbere auxilium: quare igitur Ecclesiastici nisi in causis ad se pertinẽtibus se intromittere debent?

12 *Imò eo ventum est, vt Ecclesiastici iudices non solum sæculares negligentes minime compellant, sed (heu) iam ipsi compelluntur à supremis fori sæcularis iudicibus negligentias quascumq́; in iudicando commissas prorsus diluere, & causas litesq; in pristinum statum reponere, & à violentijs & grauaminibus iam illatis vel inferẽdis pœnitus cessare iux. l. 2. tit. 6. lib. 1. noue collecti. not. Couar. pract. qq. cap. 35. num. 3. quod etiã totius Regni praxis iam ab antiquo recepit.*

13 *Sed non ommittendum est in hoc proposito, quòd eatenus pauperibus viduisq́; & orphanis fauendum est, quatenus alijs iniuriam non faciam*

ciamus, tex. est in cap. ex tenore, de foro competent. vbi omnes scribentes id notant, & in. l. finali. §. sed & si quis in fi. C. communia de leg. nec pauperi in causa iniusta misericors sis dicit tex. in cap. nec omisso. 23. quæst. 4. adde illud Deut. 23. Pauperis non misereberis in iudicio.

Postremo aduertendum est, quòd constantes & recti iudices nullatenus moueri debent lachrymis seu clamoribus litigātium iux. illud Di. Bern. in Epistola. 247. Non ergo vos moueat hominis facies miseranda, vilis habitus, vultus supplex, demissa supercilia, verborū humilitas, sed nec ipsæ quidē lachrymulæ currētes (vt aiūt) ad nutum eius, hæc omnia in facie sunt, & scitis qui dixerit, nolite secundum faciem iudicare, hactenus Bern. Non enim vultum pauperis, nec honorem potentis iudices considerare debent, sed quod bonum est & æquum citra humanos affectus iudicare, & legibus magis quàm clamoribus adhærere, l. decurionum. C. de pœn. 14 15

Summaria ex cap. sequent.

1 *Cauendum est iudicibus, ne quid cum impetu aut celeritate iubeant.*

2 *Ex abrupto non est quis definitiue damnandus, nisi prius sit conuictus legitime.*

3 *Iudex per sordes dicitur iudicasse & barattariam cōmisisse, quando aliquid accipit, vt iustitiam celeriter administret,*

4 *Voluntas iudicis præcipitata, dicitur nouerca iustitia.*

5 *Ad pœnitudinem properat, qui citò iudicat.*

6 *Celeritas quandoq; laudatur.*

7 *Iudices nequaquam debent esse capitosi siue pertinaces in sua sententia aut opinione.*

8 *Melius est se corrigere, quam expectare vt ab alio corrigatur.*

9 *Iudex non debet sponte errorem suum fateri, sed reuocare congruenter, ne vilescat eius auctoritas.*

10 *Iudex qui cum alio errauerit, potest prudenter exonerare se & socium onerare.*

De

De celeritate in iudicando vitanda repræhenduntur, iudices capitosi seu pertinaces in sua opinione. Cap. 8.

RVrsus qui iustitiæ ministerio præsunt, caue-re vtiq; debent, ne quid cum impetu aut celeritate (iuris ordine prætermisso) iudicet, quia nihil valet, potestq; ab eis eodem ordine, & sine partis citatione reuocari, iuxta tradita per Innoc. in cap. quærelam de elect. facit. l. minor. ff. de euict. prout hodie facere solent iudices iuniores, qui legales terminos subcindere, litesq; veloci ac breui manu expedire contendunt: tum vt citius amicis cognatisq; & potentioribus placere valeant, tum vt cunctis iam pateat vti iudicare sciant, immemores forsan quòd ex abrupto non est quis definitiuè damnandus, nisi prius sit conuictus legitimè, aut spontè confessus, c. nos in quemquam 2. q 1. & cap. de illicita. 24. q. 3. 1 2

Qui etiam nondùm casu enarrato, iam totũ negotium vsq; ad eius finem percepisse asserunt, sicq; indigestè & immaturo animo ius ipsum, ac litium facta excogitant quibus asiduè illuduntur,

ac collitigatoribus non modica damna inferunt. Unde sententia festinanter prolata, iure non defenditur cap. 2. & cap. cum Bertoldus de re iud. notat. Bart. in. l. prolatam. C. de sent. & int. om. iud. & Crauet. consil. 18. nu. 2. Quos sequitur Menochius qui alios allegat de arbitr iud. q. 42. num. 2.

Hinc diuinæ pietati facere videtur iniuriam, qui iuditium eius suo conantur iudicio præuenire, cap. nomen. 2. quæst. 1. Unde celeritas in iudicando improbatur vt Speculat. docet tit. de instru. edi. §. videndum restat vers. item non exhibeas & tit. de appell. §. nunc breuiter versi. item iusta. Atq; ex nimia celeritate non sana iuditia, sed praua oriuntur, probat. l. 2. C. de senten. ex brebi. recit. & cap. ex literis. §. nos igitur de restit. in integ. Vide Felinum in cap. Ecclesia
3 sanctæ Mariæ de constit. num. 14. Unde per sordes dicitur iudicasse, & baratariam commisisse, qui aliquid accipit vt iustitiam celeriter administret, ita Boer. post multos quos allegat. q. 153. num. 2.

Ad id etiam & illud conducit, quod iudex in-

in decidendo non debet esse subitus l. 2. & ibi om nes, C. de offi. Rect. proui. aliàs voluntas eius præ cipitata dicitur nouerca iustitiæ, atq; omnia subita probantur in cauta Clement. Pastoralis. §. verum & ibi Card. de re iud. Adde tex. in cap. summopere. 11. quæst. 3. Vbi Diuus Greg. Summopere inquit præcauendum est, ne recto-res Ecclesiæ, & qui publica iuditia exercent, in dictandis sententijs, nullatenus leuitate aut furo re ducti, sint præcipites. 4

Et Rota præterea decis. 774. in anti. dicit, de liberatio sæpe trahit hominẽ, & facit videri bonum quod ante malum apparebat, rursus ad pœ nitudinẽ properat, qui citò iudicat inquit Seneca in prouerb. & Apule. de Deo sac, vt Neuiz. re fert in Sylua li. 5. n. 107. dixit, q̃ nulla res potest esse festinata simul & examinata. Hanc igitur præcipitem & periculosam iudicandi normã, iudex discretus omnino præcaueat, & attendat, q̃ iudicantem opporteat cuncta rimari, & ordinẽ rerũ plena inquisitione discutere, interrogandi, respondendi, obijciendi quæ præbita patientia ab eo vt ibi ambarum partium illuminata 5

sit

sit pleniter, nec litigantibus iudex prius velit sua sententia obuiare, nisi quando iam per actis omnibus nil habeāt in inquisitione quod proponant, vt pulchrè habetur in cap. iudicantem. 30. q. 2. Lēta enim virtus & cūctatrix vt inquit tex. in cap. inter hæc hircum de pœniten. dist. 3. non ante iudicat, quàm quòd honestum & decorum inspexit, velox autem iniquitas quæ ad nocendum occasionem quærit omnia præcipitat. Et restringenda deniq; sub ratione potestas est, nec quid agendum prius quàm concitata ad tranquilitatem mens redeat.

6 *Præterea non ommittendum est, quod celeritas quandoq; laudatur vt in Clem. 1. & ibi glo. & Card. de immu. Eccles. facit illud Poeticum, semper nocuit differre paratis. His etiam conducunt verba l. 4. tit. 17. p. 3. ibi han de ser acucio sos para saber la verdad, sed non vsq; adeò vt sanguinem eliciant, vt aliqui incauti faciūt, qui indebitis interrogationibus miseros inculpatos circumducere, eosdemq; aliquando minis & terroribus inducere & inuoluere parant, quo sæpè fit, vt de delictis quæ nusquam perpetrarūt conuinci*

uinci valeant. Casus autem in quibus celeritas in iudicando desideratur notat Archid. cap. 1. 93. dist. & eos in quibus non desideratur idem recenset in cap. cõmunis. 23. dist.

Huic etiam loco discutere conuenit, quòd dis- 7
creti iudices nullatenus debent esse pertinaces seu capitosi in sua sententia vel opinione, nã Alex. in. l. cum de filia nu. 22. ff. de leg. 1. aduersus eos inuehit, qui cum primùm capiunt vnum non potest ab eorum opinione diuelli, ideo aduertere debent, quòd si iure & ratione edocti dimoueantur ab aliqua praua & iniusta opinione, quæ prius capiti eorum inhæserat, vel ab aliquo errore in iudicando commisso, non ob id honoris aliquid amittunt, imò apud graues doctosq; viros pluris habendos esse existiment, omnes enim fatentur sapientis esse mutare consilium iuxta glo. sing. in. l. nonnumquam. ff. de collat. bon. nec pudeat aiũt vestros errores corrigere. Melius enim est se cor-
rigere quàm expectare vt ab alio corrigantur, 8
facit auth. de nupti. in prin. & tex. in cap. ad aures de Symon.

Et ex eo id comprobatur, quia correctio est

H h opus

*opus charitatis, vt per sanct. Thom. 22. q. 33. ar
tic. 1. & prima charitas à se ipso incipere debet,
cap. 1. de suple, neg. Præla. cap. si non licet. 22. q.
5. l. præses. C. de serui. & aqua. Ergo ex charita
te tenentur se ipsos cum opportuerit corrigere,
quia magnæ sapientiæ est reuocare hominem,
quod male locutus est, c. magnæ. 22. q. 4. nec ob
id existiment iudiciariam auctoritatem amisisse
vt stulti aliquando credunt, imò eam conseruãt
& augent, præsertim cum sit hominum errare,
& quãdoq; dicatur, q bonus dormitat Homer⁹.*

*Postremo autem animaduertẽdum est, quia
9 non debent sponte errorem suum fateri, nam pa
liare debet quis quod malefecit & reuocare con-
gruenter ne vilescat eius auctoritas, c. qualiter
& quando. 1. de accusat. & ibi doct. & cap. cũ
cessante de apell. l. quod iussit. ff. de reg. iuris & si
forsan cum alio errauerint possunt etiam prudẽ
10 ter exonerare se & onerare socium propter digni
tatis honorem, quia mihi possunt consulere cum
damno alterius iuxta tenorem tex. in cap. nisi spe
cialis de auct. & vsu pal. & ibi glo. fin. & l. si quis
fumo. ff. ad l. Aquiliam. Quo circa natura-*

lis in iudice discretio maximopere desideratur vt prædicta congruenter disponere valeat.

Summaria ex cap. sequent.

1 *Iudices discreti plures in iudicio lites haud appetere debent imò eas execrari tenentur.*

2 *Deus permittit lites, vt flagella durissima contra Magnates.*

3 *Diuites siue magnates vitare lites vix possunt.*

4 *Inuectio auctoris aduersus litigiosos quosdam homines.*

5 *Studendum est Episcopis, vt desidentes fratres ad pacem magis quàm ad iudicium coerceant.*

6 *In necessarijs litibus partibus suadenda concordia est.*

7 *Memorantur mala quæ ex litibus oriuntur.*

8 *Concordia suaderi debet non tamen imperari.*

9 *de quibus criminibus potest haberi concordia & ad quos spectet ius faciendæ pacis vide remissiue.*

10 *Quando iura partium sunt obscura est suadenda concordia secus si sunt clara.*

11 *Non est differenda sententia ad finem cōcordandi partes si constat de iure alterius.*

Fugiendarum litium norma accuratè traditur, & qualiter partibus concordia suadenda est. Cap. 9.

RVrsus sunt hæc iudicum munia multò præstantissima, nec minus Christiano iudice digna, quàm ipsi decora & magnifica, litium
1 *(nempe) succidendi anfractus, & partibus (cũ opus fuerit) concordiam pacemq; suadendi. Et quo ad primùm non solum iudices succidere lites imò execrari tenentur eas. Litẽ si res. ff. de alie. iud. mut. cau. fact. notat Bart. in. l. ab eo. C. quomodo & quando iud. atq; boni viri lites execrantur vt testatur Ias. in. l. filio pater notabi. 1. ff. de leg. 1. & ad iudicantem præterea spectat curare vt lites minuantur, neuè ab aliquo ex industria protrahantur iurgia, iux. tex. sing. in. l. quis quis. C. de postul. & . l. quidam æstimauerũt in fin. ff. si cert. petat. & . l. 2. in prin. ff. de aqua pluuia arcen. & l. properandũ. C. de iudi. notat Specu. tit. de off. om. iud. §. de seruit. vers. item facit libellum, & facit illud Saluotoris Math. cap. 5.*

cap. 5. *Siquis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio contendere, dimitte ei & pallium.*

Verùm enimuero iam his temporibus iudices constitui solent qui non solum succidendis litibus non inuigilant, imo quascunq́; leues ac summarias lites, ita protrahere ac diferre solent, vt immortales pœnitus fiant: & quandoq; fit vt sua ignorantia inconsiderataq́; decidendi norma, ex vna forsan leuissima lite, molestæ plures et impor tunæ prodierint, ac non modica causentur iurgia. Sed ve illis quia ædificant in gehennam, & in foro animæ quicquid dãni inde sequutum fuerit, restaurare tenentur.

Præterea ne ab incepto discedamus, perpendẽdum maximopere est quod Rebuff. in praxi benef. dixit super reg. de subrog. collitiganti, glo. 1. Videlicet quòd Deus permittit lites vt flagella durissima contra magnates vt torqueantur, nã per pestem cum fugiant vix torqueri possunt, per bellum minus, per famem nequaquam, sed lites vitare vix possunt. 2

Sed obsecro vidimus vnquam in Hispania Comitem aliquem, Ducem, aut Marchionem, 3

aliumuè Magnatem seu populorum dominū, qui absq; litibus importunis maxime subditorum viuant, præsertim hac infelici tempestate, in qua
4 Inuectio Auth. aduers. homines litigiosos. *inueniuntur homines, qui indefesso quodam litigandi pruritu adeò insaniunt, vt vita ipsis parū dulcis videatur, nisi perpetuis litibus occupati, omne vitæ studium vexandis alijs impendant. Ab hominum impiorum malitia, qui tam nefarijs studijs gaudent, Zabuli membra quidem sunt, quorum exemplum bonos omnes hortor ac mites rogo, ne vnquam imitari velint, imò ne vnquam nisi summa lacessiti iniuria, aut damno affecti grauissimo, ad lites quietis humanæ parturbatrices descendant.*

5 Concordia litigatoribus suadēda *Hinc autem est vt Episcopis maximopere studendum sit, vt desidentes fratres siue clericos siue laicos ad pacem religionem & innocentiam magis quàm ad iuditium coerceant iux. tex. sing. in cap. studendum. 9. disti. & cap. 3. Sessi. 24. Conci. Trid. & per sententiam vel concordiam breuiter causas dirimant vt tex. docet in l. 1. ff. de no. ope. nunt. releuando pro posse partes à grauaminibus, exactiones offitia-*

lium

lium & notariorum refrenando, vt pulchrè docet Spec. de Sala. §. 2. vers. sed quid erit, ita vt litium anfractus succidantur, & à foro pœnitus exterminentur. Et in necessarijs litibus quæ succidi non possunt, partibus studeant suadere concordiam, quia ex eo non videbuntur actionem tollere ex tex in l. ex stipulatione. ff. de sen. & interl. om. iud. memorando illis contenta in Clem. dudum, de sepult. & ea quæ NeuiZ. refert in Silua nup. esse sculpta in lapide marmoreo iuxta scalas cuiusdam palatij, nempe, quod in controuersijs causarum, corporales inimicitiæ oriuntur, fit amisio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & inhonesta crimina deinde consequuntur, bona & vtilia opera postponuntur. His etiam seruit quod litigaturus semper meminisse debet euentum litis semper esse dubium. l. quod debetur. ff. de pecul. Et illud vulgare concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. At cauendum vtiq; est, vt nequaquã partes ad concordiã compellantur, quia vt Bald. docet in. d. l. ex stipulatione concordia suaderi potest, non tamen imperari. 6 7 8

Litium incómoda memorantur.

Nam

Concordia suaderi non tamē imperari debet.

Nam æquitatis ratio non patitur (inquit idem Bald. in l. 1. §. quies num. 2. ff. de off. Præf. vrbis) vt quis cogatur inuitus parcere iniurianti, nisi in foro pœnitentiali, quem refert & sequitur ac dicit esse communem opinionem, Iul. Clar. lib. 5. recep. § fi. q. 58. num. fi. Vbi more suo resolutè per
9 *totam quæstionem discutit, an pace habita ab offenso, possit vlterius procedi, & de quibus criminibus potest fieri concordia, & ad quos spectet ius faciendæ pacis, & alia circa materiam valde necessaria, eò candidus lector recurrat, videatq; Egid. Boss. tit. de pace, & Nellū in tracta. bani. 3. par. 2. tempo. vbi format. 24. quæstiones circa pacem.*

Illud autem in hac parte nō est ommittendū,
10 *quòd quando partium iura sunt obscura, procedant quæ supra tradidimus secus autem quando sunt clara, & exactis iam iudici liquet, pro qua parte est sententiam laturus: quia licet hoc casu Specul. cogitandum reliquerit in tit. de præpa. iud. §. 1. vers. cæterum & vers. si quid tamē Ioa. Andr. in add. ibi & Panorm. in cap. fi. de transact. nu. 7. & Felin. in dict. Rub. de Treg. & pa. num. 9.*

num. 9. infi. asserunt hoc licere iudicibus inspectis causarum circunstantijs, veluti quando altera partium cōtra quam sententia ferenda est, potens est, & paratus appellare, & causam prosequi intendit omnibus instantijs: in quo nō minima molestia sumptus & dilationes obtinenti in causa parantur: præsertim si non est in possessione rei, super qua litigatur.

Ideo his & alijs bene perpensis, aut abstinere poterunt, aut partes ad pacem & concordiam reducere. Sed caueant ne proferre sententiam nimis diferant, ad finem concordandi partes, prout aliqui incautè faciunt, vt alteri litigatori iniustè forsan agenti fauere queant: nam si propter huiusmodi transactionem partes læduntur, læsæ parti, in foro animæ, ad damni restitutionem tenebuntur, iuxta tradita per Cardi. in Clem. sæpe. §. & quia de verb. sig. q. 18. 11

Summaria ex Cap. sequenti.

1 *Inuectio auctoris aduersus iudices qui pœnis vtuntur pecuniarijs, & censum annuum à concubinarijs extorquent.*

De norma irrogandi iuris pœnas tam pecuniarias quàm consuetudinarias similitudinariasq; & arbitrarias.

Cap. 10.

Præ-

PRaterea quia iudices fori Ecclesiastici, vt plurimum incriminum animaduersione pœnis vtuntur pecuniarijs, ob id autem circa normam eas irrogandi, aliqua huc magis opportuna magisq; ad praxim conducibilia dissseram.

Et quàm primùm id meritò aduertendum est, quod iam eò ventum est, nimia aliquorum iudicum clementia seu ficta religio, vt ipsius occasione pecuniarijs pœnis passim vtantur, ommissis corporalibus cōdignis & à iure debitis, ita vt censum annuum à concubinarijs extorquere quotidie elaborent, quo soluto, adhuc indurato animo peccatis sordescant, quia nullam reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat iuxt. text. in cap. pauper. 11. quæst. 3. & cap. si lapsis. 50. distinct. notat Feli. in rub. de homi. 1 Inuectio Autho. Aduersus iudices q pœnis pecuniarijs vtūtur.

Verū enimuero nostri sæculi quidā miserrimi iudices, non iure & æquitate sed pecunia iustitiā metiuntur, nec grauiora leuiorauè apud ipsos crimina existimantur, quàm delinquentium facultates patiuntur, ita vt si aliquādo deliquerit pau

per, quippe qui pecunijs caruerit, impunitus relinquatur: non enim officiales intendunt vindictam sanguinis, sed marsupium replere pecunijs, quod solummodo insectantur, nec vsquam malorum emendam aut peccantium pœnitētiam præcauerunt.

2 *Quocirca omnes Præsules & cæteros Ecclesiæ iudices peruigiles esse opportet, qui animaduertere vtiq; deberent, quod ille qui non habet in bonis iure optimo luere debet in corpore, per tex. in. l. fi. C. de in ius. vo. vbi Bald. & notat Ias. in. l. si quis id quod. ff. de iur. omn. iud. num. 28. & resoluit Iul. Clar. lib. 5. recep. sent. §. fi. quæst. 95. num. 2. nec propter pecuniarum defectum pauperes inultos relinquere debent.*

Quapropter pœnæ pecuniariæ (ex mea sententia) à foro Ecclesiastico pœnitus extirpandæ essent, & recti iudices in criminum animaduersione eas fugere prorsus deberent. Nam iniquū quidem reputatur, crimina pecunia redimere: & ita cauendum diligentissimè censet Concil. Coloni. tit. de iuris. Eccles. conten. cap. 8. & tex. in cap. licet de pœniten. & in cap. irrefragibili. §. vlti.

§. vlti. de offic. ordin.

Sed alia subinde sunt iura in contrarium, quibus permissum esse videtur iudicibus Ecclesiastici fori, aduersus subditos delinquētes pecuniarijs pœnis libere vti, vt habetur in cap. dilectus de offic. ordin. & in cap. si vos. 23. quæst. 5. 3

At verò hæc iura adinuicem sibi aduersantia, ad concordiam reducere conantur Panormit. in dict. cap. licet nume. 5. & Feli. in dict. cap. irrefragabili. §. cæterum, nume. etiam. 5. quos refert & sequitur Couarr. Variar. lib. 2. cap. 9. ita vt ea iura quibus præmitti videntur intelligenda veniant, vbi hæc pœna magis formidatur. 4

Verùm enimuero hæc conciliatio non vtiq; concludens mihi videtur, cùm timor prodeat semper ab animo delinquentium, & hic animus à iudicibus exquiri & excrutari difficillimè queat, præsertim cùm experimentum vbiq; doceat, pœnam quam ex eodem delicto vnus timet, spernat alter: & plerumq; contingat iudices nec agnoscere nec inquisitos reos vnquam vidisse: at verò si auari & cupidi dignoscerentur omnino 5 Aduers. Panor.

essent pecuniariæ pœnæ irrogandæ, quia sunt eis veluti flagella durissima.

6 *Aliam præterea concordiam ad supracitata iura concilianda adducit Hostien. post Card. in cap. ut clericorum, de vi. & hon. cler. quos refert & sequitur Bern. Diaz in pract. cri. c. 134. Videlicet, quòd delinquentes nō sunt pecuniaria pœna plectendi, quando ad imbursandum fit, quia ex fonte auaritiæ procedere præsumitur: secusq́ esse videretur si ex causa correctionis fiat, quia præsumitur iustè fieri, si iudex non imbursat, sed pauperibus irrogat.*

Aduersus Bernal. Diaz & alios.

Quæ itidem concordia parum etiam urgere videtur, notissimi enim iuris est, iudices non posse pœnas sibi adiudicare: nec eis fas esse videtur, eas subripere quæ ad causas pias seu cameræ Episcopali adiudicantur: nam pœna peculatus est pecunias publicas vel fiscales subtrahere. l. un. C. ad l. Iul. pecul. & quod perperam fit & contra iuris regulas, non est in comprobationem adducendum.

Præsertim quia si pœnam pecuniariam à iure vel statuto impositam iudices exequātur, non iniustè

iniustè faciunt, etiam si huius pœnæ aliqua pars sibi contingat, in quo omnis auaritiæ suspicio cessare videtur. Atq; ex causa correctionis id fieri eandem habet dubietatem, quam prima conciliatio doctorum, quia difficillimè etiam perpendi potest, vtrum delinquentes ex huiusmodi pecuniariæ pœnæ impositione corrigantur, nec nè, cùm ab eorum etiam animo dependeat propositum se corrigendi.

7 *Proinde aliter ipse distinguendum esse putarem, vt prædicta iura faciliùs ad concordiam redigantur, nempè vt pecuniariæ pœnæ, tunc locum sibi vindicare videantur, quando delicta habent actum non permanentem vel successiuum, veluti quando delinquens non est assuetus delinquere, sed casu vel semel tantum delinquit, quia tunc potest iudex pœnam iuris minuere, & si opus fuerit eam indulgere iuxt. text. in cap. licet plerumq; 45. distinct. & in. l. post idoneam. C. quib. mod. infa. irrog. & in. l. & si se verior, & in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infa. Quinimo pecuniariam infligere, in quo casu, correctio verisi-*

Distinctio Autho. pro conciliatione iuriu.

verisimilius præsumitur, quàm in alijs criminibus consuetudinarijs, sicq́ leuiori ac pecuniaria pœna corripi & emendari solent.

Secus verò contingit, in delictis perseuerantiam vel actum successiuum habentibus, veluti in cõcubinatu & alearum lusu, & his similibus, vel quando quis in quolibet alio delicto delinquẽdi consuetudinem habet, quia tunc iudex pecuniarias pœnas præcauere debet, & corporalibus vti: nam geminans delictum non habet sperare veniã, vt inquit Bal. in. l. 3. C. de Episcop. aud. Idem tradit Specul. tit. de contu. §. 4. vers. sed pone iudex. Et rursus ex iteratione delicti pœna debet augeri. c. ita nos. 25. q. 2. adde glo. in. l. quicunq́, C. de seruis fugit, & maius delictum est cõtinuare quam semel delinquere. c. fi. de consue.

Idipsum corroborari videtur ex eo, quia si de crimine aliquo veniat imponenda pœna pecuniaria, & inquisitio fit contra aliquem tanquàm talia facere cõsuetum, capitaliter puniri potest, ita in specie probat Ang. per text. ibi in. l. 1. C. de super exacto lib. 10. vers. perseueret. Idem not. Bar. ibi num. 2. licet Iul. Clar. lib. 5. recep. q. 84. nu.

num. 6. dicit, quod in delictis non capitalibus propter reiterationem, nusquam solet imponi pœna mortis sed ad extraordinarie puniendũ grauius arbitratur.

Preterea prædictæ iurium conciliationes, siue quam constituimus distinctionem, parui momẽti esse videntur, cum aduersus vnumquodq; delictum, corporalis siue pecuniaria pœna à iure statuta sit, à qua non vtiq; recedendum est, quia facti quæstio in arbitrio est iudicantis, pœnæ verò persequutio non eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati reseruatur. c. si quem pœnituerit, §. notandum. 2. q. 3. cap. iudicet. 3. q. 7. l. si operis C. de pœnis. l. 1. §. vlt. ad Sena. Cons. Ter. Nec iudex debet esse clementior lege Auth. de iud. §. oportet. 8

Legis autem pœna deficiente, consuetudinarias pœnas iudex subsequi astringitur, aliàs excedit modum iux. tex. iuncta glo. in l. hodie. ff. de pœn. & gl. in d. l. quid ergo. §. pœna grauior ff. de his qui not. infamia, adde etiam glo. sing. in cap. inquisitionis verbo alioquin de accusat. not. Panor. in. d. c. licet num. 7. atq; id quod pœnis 9

est consuetum dicitur necessarium & non arbitrarium, vt Bald. tradit in. l. quicunque. ff. de seru. fugit. Idem tradit Iodo. in pract. cri. c. 151. nu.
10 *56. per. l. si quis reum. ff. de cust. reorum. Rursus autem consuetudinaria pœna deficiente, de similibus ad similia procedendum erit iuxta tradita per Innoc. in cap. qualiter & quando. 2. de accusat. & per Anani. ibi. § ad corrigendos nu. 23. per tex. in. d. l. hodie. ff. de pœnis.*

Postremò autem supradictis pœnis deficien-
11 *tibus, & quæ iure scripto taxata non sunt iudicis arbitrio relinquitur, vt æquitate pensata procedat iux. text. in. c. fi. insi. de transact. & glo. sing. in. c. finem litibus, vers. & si soluendo, de dolo & contu. l. 2. §. item Varus. ff. de aqua plu. arcen. Quod arbitrium apud ciuiles magistratus vsque ad mortem extendi potest, iuxta nouissimè tradita per Iul. Clarum vbi supra. q. 83. num. 11. apud Ecclesiasticos autẽ consideratis optimè his quæ in arbitrarijs consideranda veniunt, vsque ad depositionis & perpetui carceris pœnã vt Bern. Diaz in pract. docet. c. 188. Tũcque prudẽs ac discretus iudex pœna pecuniaria seu corporali vti pote-*

poterit, vel ea quæ iuxta nostram distinctionem vel doctorum concordiam magis expedire videtur. Sed aduertendum est quòd vbi iudicis arbitrio pœna est indicenda, non ordinaria sed leuior à iudice imponi debet vt latè resoluit Menoch. de arbitr. q. 86. & cons. 94. nu. 28.

Sed proh dolor hoc nostro calamitoso sæculo, 12
iudices præsertim inferiores, neglectis ordinarijs pœnis, à iure pro vniuscuiusq; criminis iusta punitione stabilitis, quibusdam prauis cõsuetudinibus à notarijs & procuratoribus falsò introductis libenter adhærent, quibus quidem quæ grauia sunt delicta leuiori ac pecuniaria pœna punire solent, quasi iam sacrorum Canonũ disciplina contraria quauis consuetudine abrogata sit, atq; omniũ criminum debitã punitionem eorum libero arbitrio relinqui autument, in Ecclesiasticæ nempè censuræ graue dispendium, & totius Ecclesiasticæ iurisdictionis neglectum: obliti quòd iudicis arbitrium debet regulari à iure & ratione, & nõ à capite, vt tradit idem Menoch. vbi supra. lib. 1. q. 13. & cons. 42. nu. 20. Et Redin. de Magest. prin. vers. omnibus æquum nu. 10.

Summaria ex cap. sequent.

1 *Iudex ex causa ante sententiam vel in ipsa sententia iuris pœnas immutare potest.*

2 *Iudex inferior qui de crimine dispensare non potest, nec pœnas iuris immutare poterit.*

3 *Contrariam sententiam praxis vtriusq; fori admisit, dũ immutatio non fiat post sententiam.*

4 *Praxis admisit vt nusquam princeps consulatur super commutatione pœnæ quæ ex legitima causa fit.*

5 *Causam immutandi iuris pœnas in sententia exprimenda est.*

6 *Pro iudice an præsumatur quod iustam causam habuerit, iuris pœnas immutandi.*

7 *Quando iudex supplet ex officio, incumbit ei onus probandi iustam causam.*

8 *Causa alterandi legales pœnas prorsus in sententia exprimenda est, quin pro iudice præsumatur.*

9 *Ex actis causa constare debet præsertim apud iudices inferiores.*

10 *Iudices superiores sufficit quod in genere causas immutandi pœnas expresserint.*

11 *An iudex post latam sententiam etiam propter rei paupertatem, pecuniarias pœnas quas cameræ Episco-*

piscopali, vel in vsus pauperum irrogauit, moderare queat.

12 *Inter mulctam & pœnam discernitur differentia.*

13 *In foro Ecclesiæ, qualibet pecuniaria pœna propter inopiam rei etiam post latam sententiam minui immutariuè potest.*

14 *Pœna pecuniaria quæ cameræ Episcopali irrogatur, inter pauperes distribuenda venit.*

15 *Sententiæ alternatiuæ meritò reprobantur, quibus condemnatio fit ad pœnam pecuniariam intra præfinitũ tempus soluendam, aliàs imponitur pœna corporalis.*

16 *Qui non habet in bonis, luere debet in corpore, quomodo & quando intelligatur.*

17 *Clerici in sacris constituti propter defectum pecuniæ non sunt in corpore puniendi.*

18 *Pœnam pro intereße partis ad iudicatã, nullus iudex remittendi potestatem habet.*

19 *Condemnatus qui reuera non est soluendo, an luere debeat in corpore si pars nolit consentire.*

20 *Pacto fieri non potest vt creditor debitorem fugitiuum propria capiat auctoritate.*

21 *Pœna Cameræ Episcopali applicata accusatore inuicto potest in corporalem commutari.*

22 *Norma à iudice seruanda circa Reum condemnatum qui reuera non est soluendo. Et quid facere debeat*

 quan-

quando pars cui pœna applicatur nolit cõsentire quòd luat incorpore.

Traditur norma immutandi iuris pœnas inforo præsertim Ecclesiastico. Cap. 11.

ET si præsentis capituli materia eadem opera potuisset tractari & expediri in cap. proximè præcedenti, vbi actum est de pœnis pecuniarijs, tamen ne nimia eius cap. longitudo, cuiquam fuisset offendiculo: hoc loco penè eandem materiam prosequimur.

Et quam primùm quæritur, nunquid iudex Ecclesiasticus pœnas à Canone legeuè impositas, augere seù mitigare queat, & videtur, quòd ex
1 *causa veluti ex persona, loco, tempore, rei conditione, delicti qualitate, atq; ratione scandali, eas immutare possit, iux. tex. in. l. aut facta. §. persona. ff. de pœn. & l. capitulum. §. fi. eod. tit. & l. ferè in omnibus. ff. de reg. iuris. Conc. l. 8. tit. 3. part. 7. Et ibi notat Greg. Lopez in glo. verbo libre, dum hoc fiat in ipsa sententia vel ante eius prolationem*

tionem l. cum quærebatur ff. de re iud. l. pœnam C. de pœnis. l. 2. tit. 22. par. 3.

Causis autem minorandi pœnas à iure statuto vel consuetudine impositas, latè commemorat Feli. in. c. qualiter & quando. 2. §. ad corrigendos nu. 37. de accus. & Bonif. de vita. in tracta. malefi. 1. par. de pœn. conde. & ban. nu. 18. cum seq. & Tiraq. in suo tract. de pœn. & latius recenset Auiles. in cap. 1. pretorum glo. derechamente. nu. 9. cum seq. Et nouissimè ac copiosius Iul. Clar. lib. 5. recep. §. fi. q. 60. per totam quæst. Resoluit etiam Redin. de mages. Prin. verb. sed etiam per legitimos tramites à nu. 69. cum seq.

Quibus sub cõpendio ac remissiuè enarratis, ea quæstio meritò hoc loco decidenda venit, nunquid iudices inferiores, veluti ad vniuersitatem causarũ delegati, leges trãsgredi queãt, earũ pœnas augendo siue in ipsa sentẽtia minuẽdo, vt supra præmissimus, quod negãt fieri posse Inno. post Ioan. Andr. in. c. quoniã frequenter. §. fi. vt li. nõ conte. ex eo quia iudices inferiores qui de crimine non possunt dispensare, nec pœnas moderare 2 *seu commutare iuxt. glo. & doct. ibi in cap. licet*

de

de pœn. not. Felin. in dict. c. irrefragabili. §. cæterum de offi. ord. num. 7.

Hanc vero quæstionem mouet Aui. in præcitato. c. 1. de los corregidores num. 18. dicens, quod ciuitatum Prætores & eorum locum tenetes, non possunt transgredi leges, quia sunt iudices inferiores, secus verò maiores magistratus, veluti qui sunt perpetui, vt Episcopi, Marchiones, Comites, & similes, & tandem in contrariam residet opinionem sequendo Put. in tract. Synd. ver. iudex an si iudex num. 19. fo. mihi. 141. Et Innoc. in dict. cap. 1. de constit.

Quam opinionem praxis vtriusque fori iustè
3 *recepit, eamque sequitur Couarr. varia. resol. lib. 2. cap. 9. num. 8. Nec oberunt in contrarium adducta, quia possent forsan intelligi, vbi non adest iusta causa immutandi iuris pœnam, vel vt idem Couarr. tradit, erunt intelligenda, postquam iudex legitimè sententiam tullerit, quia tunc pœnam mitigare minimè potest, nisi dispensare super crimine valeat, licet Iul. Cla. libr. 5. recep. §. fi. q. 85. num. 10. velit hoc restringere ex causa solummodo coherente delicto, secus autem ex causa*

causa extrinseca, quia tūc debet superiorem consulere, ad immutandum iuris pœnas, quem Menoch. sequitur de arbitr. lib. 1. q. 96. nu. 18. Sed praxis, ac consuetudo contrarium admisit absq; vlla differentia, eaq; seruanda est. Quia nusquā 4
vidimus principem consuluisse super commutatione alicuius pœnæ, quæ ex legitima causa in ipsa sententia vel antè sit, nisi quādo Princeps præsens adest, vel in loco propinquo vbi commodè adiri potest, vel quando causa est ardua statum reipublicæ respiciens, vt eleganter resoluit Redin. vbi supra num. 41.

Rursus autem animaduertendum est vt causam ipsam (qua iudices mouētur ad iuris pœnas 5
iustè immutandum,) in sententia exprimant vt Feli. voluit in cap. 1. de constit. num. 60. ver. ex prædictis adde, vbi refert & sequitur Roma. in consi. 184. Idem asserentem. & Inno. in cap. præterea de dilat. & Oldrad. in consi. 287. Notat etiam Put. de syndi. vers. licet dicatur nu. 4. fo. mihi. 200. aliàs si causam in sententia nō expresserint puniri possunt, iuxta tradita per Pau. de Castr. in d. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his

qui not. infa. aut ex opinione eiusdem Feli. in. d.
6 *§. ad corrigendos, num. 45. in dubio præsumitur quòd iudex ex causa immutauerit iuris pœnas, idem asserit Specul. tit. de accus. §. 1. vers. Quid si iudex, ipsumq; refert & sequitur, Auiles in dict. c. 1. de los Corregidores. vers. derechamente num. 9.*

Aduersus Feli. & alios.

Sed ab hac sententia lubens discedimus, quia rarò eueniet quòd ad saluandum actum, non possimus imaginare seu diuinare aliquã iustam causam, qua imaginata illa semper præsumetur, & actus valebit contra iuris regulas, & receptam doctorum opinionem. Et tamen possibile erit, quòd illa causa imaginata non subsit, ideò exprimenda causa erit ne actus corruat,
7 *nam quando iudex supplet ex officio, incumbit ei onus probandi causam, iuxta glos. sing. in cap. iudicantem. 30. quæst. fi. Fulcitur hoc, quia iuxta communiorem sententiam, in Principe volente dispensare contra ius positiuum, non præsumitur iusta causa vt Alciat. docet tractat. de præsumpt. Reg. 3. præsu. 8. nume. 4. cum sequenti.*

Itaq;

Itaq; causa immutandi iuris pœnas, in sententia prorsus exprimenda est, nec quòd præsumatur æquum videtur: imò affirmare vellem, quòd non sufficeret expressare causam in sententia, nisi sit manifesta, vel exactis apparuerit, nam ipsius Putei vbi supra hæc sunt verba, & debet hoc facere cum causa acta & ex actis patenti. Corroboratur hoc ex eo quia non statur verbo iudicis, nisi quatenus legitimis documentis probauerit, cap. quoniam frequenter de probat. 8

Præterea lubens consulerem cunctis rem iudiciariam gerentibus præsertim iudicibus inferioribus, quòd si causa exactis non appareat, ante sententiæ prolationem summariè de ea cognoscatur, vel aliter fiat, ita vt ex actis liquido constet, & cuilibet superiori pateat qualiter iuris pœnas immutauerint. Nec puto sufficere, quòd iudex dicat generatim, ex iustis causis animum suum mouentibus, vt Iulio Clar. placuit sequuto Anchar. & alios lib. 5. recep. §. fi. q. 85. nu. 10. Et Menoch. d. q. 96. nu. 17. Nam eandem habet difficultatem quam supra 9

Aduersus Iul. Clar. & Anchar.

in præsumptione constituimus.

Et si quidem causæ omnes, ex quibus iudex pœnas legis immutare potest, in iure expressæ inueniuntur, & doct. non exiguo labore eas adinuenerunt, ita etiam æquissimum erit, vt in sententia quoq; exprimantur, & potissimum vt cunctis pateat, qua de causa ius immutatur, ne detur materia causam inuestigandi. Quo etiam aduersus iudicem cessabit omnis sinistra suspitio imò in foro Ecclesiastico sæpè sæpius obseruare vidimus, quòd non solum iudices specialem causam quæ eos impulit, in sententijs exprimunt, sed etiam eam comitantur causarum generalitate, dicendo, & ex alijs iustis causis, & vt verbis Hispanis vtar, dici solet, atento su vegez, o pobreza, y por otras iustas causas que nos mueuen. Quando autem causa esset turpis vel iniuriosa, veluti furor ebrietas, prodigalitas, & huiusmodi, quas in sentẽtia exprimere indecẽs videretur, tunc sententia Iul. Clar. & aliorum quos vbi supra refert, procedere posset, maximè erga iudices
10 *superiores, quibus generatim causam exprimere sufficit sine alia speciali, vt Menoch. placuit,*

distinct.

distinct.quæst.96.nume.17. 11

Præterea à nostro instituto non alienum videtur discutere, nũquid iudices Ecclesiastici post latam sententiam in causa criminali, propter rei paupertatẽ, possint moderare pœnas pecuniarias quas Cameræ Episcopali vel in vsus pios & pauperum irrogauere? Et quam primum videtur dicendum, quod post latam sentẽtiam nec eam immutare nec aliquid innouare iudices possunt præsertim inferiores iux.tex.express. in cap. in literis de offi. deleg. & in.l. iudex & l.quod iussit.ff. de re iudic. & ibi communiter doct. concordat.l.3. tit.22.par.3.& l.9.tit.31.par.7.Probat Alex. in specie in.d.l.iudex num.3.& Abb.in.c.licet de pœn.num.6. licet doct. in prædictis locis communiter fateantur id locum obtinere in pœna secus in mulcta, quam distinctionem nouiores etiam sequuntur, & in primis Gregor. Lopez in.l.4.tit.22.part.3.gloss. in verbo por hierro, Et Aui.in dict.c.1.prætorum gloss. derechamẽte num.6.& Montal.in.l.5.tit.13.lib.2.fori & Gaspa.de Bal.de inop.debi.cap.18.nume.4. adde Iul. Clar. lib.5.recept.§.fi.quæst.95.&

Mencha. qui testatur esse cõmunem lib. 1. quæst. illus. cap. 24. num. 15. cui autem deseruit scire differentiam inter pœnam & mulctam, vt inde facilius quæstionem expediamus, quam ex Iodo. in pract. crim. c. 217. cæteris elegantius ac copiosius in hunc modum depingere libuit.

Differũt mulcta & pœna:
- Mulcta decernitur ex arbitrio iudicis.
- Pœna inducitur ex constitutione iuris.
- Item.
- Mulcta est pecuniaria.
- Pœna est aliquando:
  - Corporalis.
  - Capitalis.
  - Pecuniaria
- Item
- Mulcta appellationem sui admittit.
- Pœna sui appellationem non admittit.
- Pœna infamat, mulcta verò minimè.

Quarum pœnarum distinctio, licèt in foro sæculari sustineri queat, in Ecclesiastico autem indistinctè credere, quòd pœna pecuniaria vt cũq; irrogata sit, vel in modum mulctæ, vel in modũ pœnæ, tam in ipsa sententia, quàm post ipsius prolationem, modo sit legalis, modo statutaria, ar-

bitra-

bitraria seu consuetudinaria, propter rei paupertatem moderari seu remitti potest à quolibet Ecclesiastico iudice qui eam intulerit, quin prius Episcopus consulendus siue adeundus sit.

Moueor primò quia dict. l. 4. p. expresse & indistinctè loquitur, in condẽnatione pœnæ quæ fit fisco regali, vbi maius dubiũ versabatur atq; vtitur hoc verbo pœna, & ita eã intelligit Auen. in c. 7. Prætorũ nu. 11. & Ola. Antino. lit. p. nu. 18. Secundò autem facit quia quando solutio rei est impossibilis, licet iudici post sententiã, vnã pœnam in aliam cõmutare iust. l. quicumq;. C. de ser. fug. l. si quid id quod. ff. de iur. omni. iudi. probat Areti. in ea. l. & si seuerior. num. 4.

Tertio præterea ex eo id corroborari videtur, quia pœnæ pecuniariæ quæ irrogantur Cameræ 14 *Episcopali, nõ debet in vsus proprios Episcoporũ conuerti, sed pauperibus distribuẽda veniunt vt Panor. cẽset in. c. 2. de succes. abintest. quẽ refert & sequitur Couar. varia. lib. 2. c. 9. nu. 11. & Pala. Rub. in rep. rub. c. 39. & Iul. Clar. vbi supra. q. 8. nu. 4. idemq; cõstituit Concilium prouin. Tolet. æditũ anno. 1566. act. 2. c. 14. Unde in-*

de inhumanum profecto videretur vnum altatare diſcoperire vt alterum cooperiatur, vniq; auferri pauperi vt ſubueniatur alteri, niſi vellis dicere q̧ hæc commutatio autoritate epiſcopi fieri debeat, quia parum refert fiat per ſe vel per ſuos iudices, nam in his hoc ſolum bene agitur vt pœnæ remiſsione pauper ſubueniatur. Quod etiam ex eo fulciri videtur, quia qui inter pauperes aliquid diſtribuere tenetur, ſi ipſemet pauper et verè egenus exiſtat, ex ordine charitatis ſibi potius ſubuenire debet, adeò quòd ſi ex furto vel alia cauſa aliquid ægenis diſtribuere aſtringatur, ex conſilio ordinarij, ſeu expoſiti ſacerdotis, ſibi totum vel partem aliquam retinere poteſt, vt Nauarr. docet in manu. c. 17. num. 93. & domi. Franc. Sarm. epiſcopus Gien. ſelectarũ lib. 8. in l. cum quidam la. 2. num. 22. quinimo ex ipſius iudicis autoritate.

Præterea in huius ſentẽtiæ comprobationem perpendamus obſecro effectum contrariæ opinionis, exindeq; neceſſario deducemus ad noſtrã ſententiam efficax argumentum, ponamus ergo quòd iudex aliquem difinitiuè condemnauit, ad ali-

aliquam pœnam legalem vel arbitrariam iuxta delicti qualitatem persoluendam, sententia autẽ transiuit in rem iudicatam, vel aliqua alia via exequenda venit, tamen condemnatus præ inopia haud luere potest, si detur quòd iudex hãc pœnam remittere seu moderare minimè queat necessariò delinquens impunitus relinquetur, quia nemo erit qui superiorem cum actis adire velit, vt moderamen pœnæ seu remissionem faciat: præsertim quia inferiores iudices hoc maximè effugiunt.

Sic frequentissimo vsu in omni Episcopali curia receptum videtur, vt condemnationis iudex sit etiam competens ad moderandum pœnam ex rei paupertate: quia vsu & consuetudine introduci potest vt iudex possit remittere vel componere pœnas fiscales iusta sententiam Bald. in. l. Præses Prouinciæ. C. de transacti. num. 8.

Et deniq; causa finalis moderandi & remittendi hanc pœnam pecuniariam, est ipsius delinquentis seu condemnati paupertas, quæ quidem eundem habebit effectum in pœna quàm habere videtur in mulcta, nam quid refert, quòd pauper

condẽnatus sit pœna quæ ex cõstitutione iuris inducitur, an pœna seu mulcta quæ ex arbitrio iudicis decernitur siquidem in vtraq; id solũ intendimus vt pauper subleuetur, & nõ opprimatur vltra quã facere potest. At verò si superior præsens est vel commode addiri potest, ex eius auctoritate & cõsilio has pœnas pauperibus remittere seu in alias commutare equius erit.

Hinc profectò, prauus quorundã iudicũ abusus forẽsi praxi cõprobatus, meritò increpandus

15 ac reprahẽdendus venit, qui existimantes post latam sententiam sibi non licere prædictas pœnas posse remittere, seu commutare ex rei paupertate alternatiuas proferunt sententias, reos condemnando: ita vt si intra præfinitum tempus tot pecunias non luant, tempore transacto, subire teneantur pœnam aliquam corporalem, quam fortè, vti grauiorem alia quacunq; pecuniaria, vt misserrimi pauperes vitare queant, pallium & si opus est tunicam, & cuncta quæ posident suppellectilia venundare non recusabunt, ita vt nudi potiusquàm infamati viuere malint. Quã vtiq; condemnandi normam, omnes ex consuetudine

Abusus fori Ecclesiastici reprehẽditur.

& cõ

& communi practica magis approbare videtur, quàm iure & ratione introductã, vt Iul. Clar. testatur lib. 5. Recep. §. fi. q. 93. num. 3.

Unde Couarr. var. lib. 2. cap. 9. num. 8. sequutus Alfon. de Cast. lib. 2. de potes. legis pœn. cap. 12. num. 13. dixit, quòd iudex qui in pronũtiãda sententia hac forma vsus est, verè pecuniaria pœna delinquentem punit, poteritq́ eam (ommissa corporali) executioni mandare, vtitur tamen corporalis pœnæ comminatione, vt facilius pecuniam ipsam condemnatus exoluat.

Sed miror professtò quare tot tanq́ grauissimi doctores hanc iniquã reprobamq́ praxim admiserint: cum potius sit repellenda & à foro potissimum Ecclesiastico exterminanda, est enim modus illicitus, à miserabilibus & inopia laborãtibus pecunias extorquendi, maximê quia crimina sunt secundum proportionis mensuram punienda. Undè si pœna pecuniaria condigna fuerit delicto, corporalis quæ superadditur, etiam si sit in modum comminationis, infamat condemnatum, vt supra diximus ex differentia Iodo. inter pœnam & mulctam, ex quo criminis reus grauiori pœna puniretur. Aduers. Côuarr. & Alfon. de Cast.

Mm 2 Præ

Præterea si propter eius inopiam, pecuniaria pœna ei remitti debet, vt supra conclusimus, ex hac condemnationis forma nullatenus huic remissioni dabitur locus, siquidem vel necessariò soluere tenetur, vel corporali erit pœna plectendus.

Et ex eo potissimum hæc praxis iniqua, à foro exterminanda venit, quia ansam inde iudices præsertim fori ecclesiastici suscipiunt, pœnas corporales pecuniarijs grauiores superaddendi, vt citius deuorent pauperem, & suis pecunijs spolient, veluti mercatores qui semper iniquum petunt, vt æquum aliquando ferant.

16 R*ursus non oberit dicere, quòd criminis reus qui non habet in bonis, luere debet in corpore iuxta receptissimam omnium sententiam quã Iul. Clar. adducit cum alijs quæstiunculis circa materiam necessarijs lib. 5. recep. §. fi. q. 95. num. 2. cũ seq. Quia ex hoc praxis supradicta potius reprehendenda est, nam postquam constauerit quòd non habet in bonis, tunc de pœna corporali agendum est, & non ante vel in ipsa sententia, maximè quia partem pecuniariæ cõdemnationis, reus criminis soluere præ facultate poterit, partem verò non*

rò non, & corporalis ſubſidiaria ſecundum hoc commenſuranda eſt. Quod dificile conſiderari poteſt in ſententia ſic alternatiuè prollata.

Quod inſuper fulcitur, quia clerici in ſacris 17
conſtituti, in defectum pecuniæ, non vtiq; ſunt in corpore puniendi, propter eorum dignitatem, vt Bernar. Diaz in pract. docet cap. 134. ſed licebit iudici in aliam ſuſpenſionis vel exilij aut aliàs pro arbitrio conſideratis circunſtantijs debitis commutare, vel in alia ſpiritualia opera orationis & ieiuniorum & ſimilium conuertere. Licet Menoch. de arbit. lib. 2. caſu. 447. num. 7. & Gaſp. de Baeti. de ino. debito. c. 11. numer. 3. ex Inno. Barb. & alijs contrarium affirmēt, quod verius viſum eſt, licet in praxi magis recepta videatur opinio Bernar. Diaz. Nā penè in humanum videtur, & in vilipendium clericalis dignitatis, clericum propter æs alienum, etiam ex delicto deſcendens flagellari poſſe, niſi ſentētiam prædictorum intelligere vellis de cōmutatione pœnæ corporalis quæ non ſit corporis aflictiua prout ipſe Ber. Diaz limitando concluſionem intellixit.

Idemq; aduerſus laicos obſeruandum exiſti-

mo, quotiescunq; contigerit, ex iuxta causa per Ecclesiasticos iudices in aliqua pecuniaria pœna condemnari, præsertim, quia similes pœnæ vt plurimum à canone vel statuto pro leuibus delictis infliguntur laicis. Vnde Greg. Lop. in. d.l.4. tit. 22. p.3. in glo. ca puede dicit. Quòd si delictum pro quo imposita fuit pœna vel mulcta, sit leue, iudex tenetur remittere vt non puniatur in corpore, quia propter leues abusiones quæstus, pauperes non sunt in corpore puniendi, & quia absurdum esset punire in corpore, eum qui parum trãsgreditur, vt tradit eleganter Bald. in. l. quicunq; C. de seruis fugit. ex quibus liquidò percipitur prædictas alternatiuas sententias non esse amplius in foro admittendas.

Præterea vt ab instituto non discedamus, di-
18 *cendum est, quod si pœna pecuniaria parti pro suo interesse vel damno illato applicata sit, nec eam minuere nec remittere iudex poterit, imò nec ipse Princeps iux. glo. sing. ab omnibus communiter receptam in. l. venia. C. de in ius vocã Docet Gram. consi. 34. num. 1. & Ruin. consil 167. num. 20. lib. 1. Gome. in. §. pœnales insti. de*

acti

acti. num. 2. Paris. consi. 1. num. 42. quod etiã in f: ro conscientiæ obtinet vt Sot. testatur de iusti. & iure lib. 4. quæst. 4. art. 4. Et latè per Menoch. vbi supra quæst. 96. num. 1.

Nec actore inuito potest fieri commutatio in corporalem vt docet Couarru. variar. libr. 2. cap. 1. num. 8. & Menoch. eod. li. 2. casu. 447. nu. 16. At si pars cui est applicata pœna pecuniaria nolit consentire, quòd condemnatus qui reuera non est soluendo, luat in corpore, iudex non debet aliquid discernere, sed permittere quod condemnatus stet in carceribus ex sententia Iul. Clar. in dict. quæst. 95. num. 4. & Boer. decis. 349. vbi hanc vocat communem. Quæ mihi difficilis videtur, & ab ea lubens discederem, ex eo potissimum, quia relinqueretur in potestate accusatoris perpetua rei incarceratio, quæ pacto adhuc fieri non potest, esset enim speties seruitutis, atq; nemo potest se libertate priuare, l. nec si. C de lib. cau. l. incredibili, C. de pœn. & l. 2. ff. de lib. ho. exhib. concord. l. 4. tit. 31. par. 2. 19

Aduers. Iul. Cla. & Boe.

Quod ex eo corroborari videtur quia pacto etiam

etiam fieri non potest, vt creditor debitorem propria capiat auctoritate, & in carcerẽ ducat, vt contra Bart. asserunt cæteri doct. in l. alia §. eleganter. ff. solu. matri. Quinimo ad eius libitum in carcere squallido ac satis tetro detineri & pro debito forsan paruæ quantitatis. At verò si pœna
21 *sit applicata fisco vel Cameræ Episcopali accusatore inuito potest fieri commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem, vt resoluit idem Couarr. dict. num. 8. & Menoch. dict. casu. 447. num. 5. vbi dictam commutationem arbitrio iudicis relinqui testatur.*

22 *Postremo autem nè procedamus per mendicata suffragia Panorm. in cap. finem litibus de dolo & contumacia num. 4. vers. nota vltimo (per tex. ibi qui ad hoc dicit esse rotundum) probat, quòd non solum quando pœna pecuniaria venit applicanda fisco. Verumetiam quando ex parte Rei est pœna & ex parte actoris debentis recipere est interesse, debet fieri commutatio de pecuniaria in corporalem, sed subdit quòd si ex parte rei, qui non est soluendo, non est pœna quòd tũc non debet fieri commutatio, sed expectandus est*

reus

reus qui non est ſoluendo, donec peruenerit ad pinguiorem fortunam.

Vnde ipſe illud in praxi ſeruarem, vt prius liquidò comperta rei paupertate, actori præciperem, vt vel pœnæ commutationi conſentiat, vel Reum à carceribus dimitti eligat, præſtita prius iuratoria cautione de ſoluendo cum primùm ad pinguiorem fortunam deuenerit. Nam altero debemus eſſe contenti ne miſer condemnatus carceris aflictione vel fame pereat, quod in laicis obſeruandũ erit, ſecus tamen in clericis qui vt cũq; pecuniaria pœna plectantur, data eorum paupertate dimittendi ſunt à carceribus ſub prædicta cautione iuratoria, vt reſoluit Guti. de iu. confir. cap. 17. num. 27.

Summaria ex cap. ſequenti.

1 *Fori Eccleſiaſtici improbatur abuſus abſoluendi reos eoſdemq; in expenſis condẽnandi.*

2 *Victus non victor in expenſis eſt condemnandus.*

3 *Summa iniquitas eſt, vt quis tanquam innoxius abſoluatur in eademq; ſententia tanquam culpatus in expenſis condemnetur.*

4 *In leuibus delictis vno actu vnoq; contextu concludendum est in causa absq; ordinis iudiciarij solemnitatibus.*

5 *Expensarum condemnatio pro pœna non debet irrogari quando delictum non est plene probatum.*

6 *Accusator eo ipso quòd non probat suam accusationem calumniari præsumitur.*

7 *Absoluendus etiam ab obseruatione iuditij non est in expensis condemnandus.*

8 *Accusator etiam si semiplenè probauerit, & alijs iustis causis à calumnia excusetur, non tamen ab expensarum condemnatione.*

9 *Traditur norma vnde expensæ deducantur, quin absoluendus indebite condemnetur in eis.*

Quòd absoluendus in causis criminalibus, non sit in expensis condemnandus, eleganter & accuratê traditur.

Cap. 12.

1 Fòri Ecclesiastici abusus improbatur.

PRæterea ab hac re, non alienum videbitur, quorundam iudicum fori Ecclesiastici abusum improbare, qui ex officio seu addellationem promotoris fiscalis, contra aliquos de delictis inquirere solent, & legitimis probationibus deficienti-

cientibus, ex suspitione aliqua, seu quouis indicio inquisitos absoluere & in expensis condemnare non erubescunt: cum non reperiatur tex. nec glo. de iure ciuili vel canonico, quibus expressè caueatur, quòd in criminali causa criminaliter mota (non ad pœnam pecuniariam) possit fieri condẽnatio expensarum ratione victoriæ per officium iudicis mercenarium, vt post longam disputationem singulariter concludit Joan. ab Ana. in c. accedens num. 11. de accusat.

Licet Bernar. Diaz in pract. crimin. cap. fin. & Couarru. pract. quæst. cap. 27. num. 2. dicant contrariam communiter esse receptam, 2 & Iul. Clar. libr. 5. recep. §. fin. quæst. 62. numer. 4. more suo omnes Docto. referat, qui vtrãq; sententiã tenuerũt, & pro vtraq; parte dicant esse communem. Veruntamen id versatur ratione victoriæ, veluti si victus debeat victori in expensis condemnari, vbi sunt duæ cõmunes opiniones contrariæ, eamq; praxis recepit, ac communior est, quæ admittit expensarum condemnationem aduersus victũ faciẽdã.

Nos autem longè ab hoc discedimus, solummodo enim intendimus improbare, quód absoluendus non debet (vt sit) in expensis condemnari, siquidem accusator in hoc casu condemnãdus est, satisq; erit, vt propter semiplenam probationẽ ab expensarum condemnatione excusetur, quin absoluendus temerè condemnetur. Summa enim iniquitas est, ac nimiæ cupiditatis inditiũ, vt quis tanquàm innoxius diffinitiuè absoluatur, in eademq; sententia in expensis tanquàm culpatus cõdemnetur: quæ vtiq; expensæ, in aliquibus criminibus, ipsorum principalem pœnam longè superant.

2

Vnde experimento plerumq; vidimus, in leuibus delictis, præsertim in quibus infamia non irrogatur ipsos inquisitos in limine inquisitionis spontè fateri crimina quæ nusquam perpetrarũt
3 *vt tot expensarum aceruum vitare queãt, ita vt pœna delicti ilicò puniri malint quàm huiusmodi absolui, & in expensis condemnari. Et hoc potissimum fit quia aduersus inculpatos, qui defensionibus vtuntur, prolixior ac difficilior fit inquisitio, maioresq; causantur expensæ.*

Hinc

Hinc etiam est vt in aliquibus tribunalibus praxis vigeat iniqua, nam in eisdem leuibus deli 4 *ctis vbi corporalis pœna non est irroganda & pecuniaria à iure imposita vel à iudice imponenda leuis est, etiã si reus delictum fateatur vel in causa velit concludere, fiat conclusio cum totius ordinis iuditiarij solemnitatibus, ita vt actorũ expensæ condemnationem principalem longè superent cum in his vno actu vnoq; contextu prædicta cõclusio fieri debeat, quin subditi tot grauentur ex* 5 *pensis.*

Nec oberit dicere, quòd expensarum condemnatio si delictum non est plenè probatũ pro eius pœna aliquando irrrogari solet, quia tunc reus non deberet absolui (vti fieri solet) sed vtiq; in expensis pro pœna criminis condẽnari, admonitione seu verbali correctione adhibita. Quod etiam adhuc improbari potest, quippè expensarũ condemnatio non ad vindictam delicti tendat, sed ad imbursandum vt Ana. adnotauit vbi supra. Et quia inquisitus absoluendus omnino est vel condemnandus, quia inter factum & non factum non est dare medium, nec pœ

næ media constitui potest, vt eruditè concludit. Do. Fran. Sarm. Episcopus Gien. selectarum lib. 1. cap. 1. vbi etiam eleganter dixit, quòd temperantur pœnæ ratione culpæ, non autem ratione probationis, quia ex probatione culpa nec minuitur nec crescit, vnde expensarum condemnatio pro pœna imponi non potest vbi delictum non est plenè probatum.

6 *Præterea hoc corroboratur ex eo, quia accusator eo ipso quòd non probat suam accusationem, calumniari præsumitur, iux. glo. sing. cap. 2. vers. calumniandi de calumn. quam dicit esse communiter receptam Villa. in sua collect. com. opin. lit. C. num. 2. satisq; erit quòd iudex qui ex officio inquirit, vel promotor fiscalis & alius quilibet accusator qui in probatione defecerunt à calumnia excusentur quin miseri inquisiti subeant expensarum condemnationem, quam victi delatores necessariò subire tenetur.*

7 *Nec refert, quòd sententia absolutoria sit lata ab obseruatiõe iuditij, vel stãtibus rebus prout nunc, quia nihilominus Reus sine expen-*

ſarum condemnatione abſoluendus eſt, vt concludit Iul. Clar. in dict. quaest. 62. nu. 2. & 4.

Veruntamen nè per mẽdicata ſuffragia procedere videamur, idem Ana. in d. cap. accedens num. 12. abuſum hunc in ſpetie improbare videtur. Et Concil. Prouint. Toleta. aditum ſub Anno. 1566. act. 2. cap. 12. ſtatuit, vt ſi accuſatus ab accuſatione promotoris abſolutus fuerit, nullo modò in expenſis condemnetur. Et quod plus eſt, quòd etiam ſi accuſator 8
ſemiplenè probauerit, & alijs iuſtis cauſis à calumnia excuſetur, non tamen à refectione expenſarum, vt refert Menoch. (poſt multos alios, quos allegat) de arbitra. iud. lib. 2. caſu. 301. num. 33.

At tacitæ (nè dicam) iniquæ iudicum obiectioni reſpondeamus qui temerè dicere ſolent, 9
quód non erit vnde officialibus (& ſibi etiam) expenſæ factæ exoluãtur, ni vtcumq; accuſati & inquiſiti eas impenderint, & quòd delicta remanebunt impunita, quia fiſcales cæteriq; accuſatores amplius non accuſabunt, nec delicta perquirent, ni factis remunerentur

expen

expensis, cum ex pœnis pro exequutione iustitiæ irrogatis, vel ex communi bursa pœnarum cameræ, persolui queant, vt idem Bern. Diaz adnotauit, dict. c. fi. vel ipsemet promotor fiscalis dum temerè calumniosèuè accusasse constiterit, in expensis meritò condemnandus est, vt in decis. Tolosa. probatur. q. 6. quam refert & sequitur idē Ber. Diaz vbi supra, ideq; expressè statuit prædictū Conci. Tolet. & late Iul. Clar. vbi supra adnotauit. Et in. q. 7. num. fi. distinguit inter veram & præsumptam calumniam, & inter quærelam seu denuntiationem partis, vel quando ex officio proceditur instante fisco.

Præterea quando ista defecerint, Præsules salaria debita promotoribus impendant, vt inde accusationes & omnia alia ad criminum comprobationem peragendam, facilius exequantur, præsertim quia notarij officium suum gratuitum fisco impartiri tenentur, & etiam iudici ex officio procedenti.

Et dicere auderem, quòd ex hoc non solum delicta non remanebunt impunita, imò certius ac iustius criminum inquisitiones expedientur, &

quæ

quæ calumniosè fuerin t excusabuntur. Nam si iudices ac delatores semel persuasum haberent, has expensas ab inquisitis nullatenus esse consecuturos, ni plenè crimina probauerint, ea profectò solummodò inquirerent, ac in iudicium deducerent, quæ publica, ac probabilia essent, alia autem quæ improbabilia & occulta extiterint (Anacleti Pontificis decreto edocti in c. Si omnia. 6. q. 1.) diuino iudicio relinquerent, vel forsan desisterent ab iniustè & calumniosè accusando. Nam certa spe expensas consequendi, & aliquando earum cupiditate ducti, temerè quoscumque acusant.

Ecce iudex optime norma qua inquisitus absoluendus est, quin eum expensarum condemnatione indebitè graues: sat illi sit infamia, quam malè et iniustè inquirēdo intulisti, satque tibi ac promotori cuilibetque alio accusatori sit, excusari à calumnia, & prædictarum expensarum præstatione, à quibus forsan, in vero Dei iuditio non excusaberis.

Summaria ex cap. sequenti.

1 *Carcer regulariter inuentus est ad custodiam non autẽ ad pœnam.*

2 *Praxis vtriusq; fori recepit quòd carcer tam ad custodiam quàm ad pœnam deputetur.*

3 *Quod etiam legibus Regni receptum videtur, & ex concil. Trid. decreto.*

4 *Carcer ex sententia auctoris, in procedendo inuentus est ad custodiam, in definiendo autem ad pœnam.*

5 *Intellectus ad tex. in cap. quamuis pro reorum de pœnis in. 6.*

6 *Qualiter perpetui carceris pœna clericis imponatur, & an laicis imponi queat.*

7 *Carceris asperitate aut fame, an quis necari possit? & iudex ex hoc an irregularitatem incurrat.*

8 *Clericorum captura non est temere facienda, sed cum quali quali causæ cognitione, & processu saltim informatiue.*

9 *Propter seueritatis gloriam non est affectanda reorum captura, quia est iniuria irreparabilis.*

10 *Ubi delinquentis fuga non timetur clericus nõ est incarcerãdus, nisi plena delicti probatione pracedenti.*

11 *Idem quando carceris pœna pro criminis punitione impo-*

imponenda venit.

12 *Iudices (vltra peccati Reatum) damnum & iniuriã, iniustè incarcerato compensare tenentur.*

13 *Item haud liberi erunt à sententia canonis si quis suadente.*

14 *Incarcerati facilè ad renuntiandum proprijs defensionibus inducuntur.*

15 *Reo conuicto & sponte confesso & etiam non petenti, adhuc dandus est terminus ad se defendendum.*

16 *Iudices nõ debent reos inducere ad renũtiandum proprijs defensionibus, & numerantur casus in quibus defensionum renuntiatio admittenda est.*

17 *Clericus non est ob æs alienum in carcerem detrudendus nec excommunicandus, nec cedere bonis compellendus.*

18 *Cõsuetudo aliquorum Tribunalium circa incarcerãdos ac excommunicãdos clericos ob æs alienum, meritò repræhẽditur.*

19 *Causam auctor adducit, ex qua ista est introducta cõsuetudo.*

20 *Priuillegio ne conueniãtur vltra quam facere possunt, clerici renũtiare non poßunt.*

21 *Causæ remißiue enumerãtur quibus clerici ob æs alienum capi & excommunicari possunt.*

22 *Indebitorum executionibus aduersus Clericos faciẽdis leges Regni seruandæ sunt, modò non capiantur*

usq; dum præstent fideiussorem qui dicitur de saneamiento.

23 *In debitis non liquidis via ordinaria aut per captionem pignorum procedi potest.*

24 *Efficacissimis argumentis, euidentissimisq; rationibus comprobatur, laicorũ capturam à iudicibus Ecclesiæ propria auctoritate fore faciendam.*

25 *In causis ciuilibus seu criminalibus laicorum, tam in procedendo quàm definiendo nisi in subsidium à censuris abstinendum est.*

26 *Captura laicorum præ censuris Ecclesiæ pro nihilo reputanda est.*

27 *Censurarum incommoda & malignitates ad numerantur.*

28 *Experimentum auctoris circa laicum qui iam diu propter debitum erat excommunicatus.*

29 *Inuectio auctoris aduersus .l. Regni, quæ capturam laicorum & capiendi consuetudinem Ecclesiasticis iudicibus abstulit.*

30 *Iure canonico, & ex Trid. Synd. laici capiendi sunt inuocato prius brachij sæcularis auxilio.*

31 *Incommoda recenset auctor, quæ ex brachij secularis inuocationibus oriuntur.*

32 *Iudex Ecclesiasticus secularem compellere potest, vt à se postulatum impartiatur auxilium, & negligentẽ eius arbitrio punire potest.*

Acta

33 *Acta processus quando examinanda sunt à iudice seculari ante quam Ecclesiastico impatiatur auxilium.*

34 *Ex communi doctorum resolutione prius censuris aduersus laicos vtendum est, quàm ad inuocationem deueniamus.*

35 *Prius inuocatione & captura ac pignorum captione vtendum est, quàm ad censuras deueniamus, aduersus communem ostenditur.*

36 *Intellectus ad Tex. in cap. 1. de offi. ordi. & cap. 2. de maledi. & cap. dilecto de sent. excom. in. 6.*

37 *In quacumq; parte litis (dum opus fuerit) brachij secularis auxilium imploratur.*

38 *In causis ciuilibus & criminalibus laicorum, tam in procedendo quã definiendo, à censuris (nisi in subsidiũ) abstinendum esse ex Synod. Trid. ostenditur.*

39 *Brachij sæcularis auxilium, an impartiri debeat ad coadiuuandum, an ad actualiter exequendum.*

40 *Quòd impendi debeat ad actualiter exequendum & non ad coadiuuandum, ex Rubei & Auil. opinione probatur.*

41 *Brachij sæcularis auxilium ad ad coadiuuandum solummodo impartiri debet, aduersus Rub. Auil. & Alios ostenditur.*

42 *Quaslibet pœnas citra sententiam sanguinis aduersus laicos Ecclesiasticus exequitur absq; brachij sæcula*

ris auxilio nisi eo opus fuerit ad coadiuuandum nẽ impediatur executio iustitiæ.

43 *Ex verbis & cõteextura legum Regni clarè deducitur auxilium ad coadiuuandum impendendũ esse.*

44 *Laici inuocatione capti an in Regium vel Ecclesiasticum carcerem sint detrudendi?*

45 *Quorundam præsulum abusus improbatur, qui inuocare recusant.*

46 *Inuocationem auxilij brachij sæcularis pro laicis capiendis eisdem esse damnosam ostenditur.*

47 *Ecclesiasticus iudex an inuocare Regale supremorũ iudicum auxilium queat?*

48 *Ex communi doctorum resolutione, Ecclesiasticus indistinctè potest, quos libet sæculares magistratus ad præstandum auxilium compellere.*

49 *Omnes Principes terræ Episcopis obedire tenentur, ab eisdemq; excommunicari & iudicari possunt.*

50 *Regij Senatores patrocinando & adiuuando Ecclesiasticam iurisdictionem, auxilium impartiri tenentur.*

51 *Ex antiqua consuetudine Regij Senatores de violentijs Ecclesiasticorum iudicum cognoscere possunt.*

52 *Episcopi potius ad mandatum & vocationem Regis quàm Archiepiscopi venire tenentur.*

53 *Rex qualiter rogat præcipit ac punit inobedientes ecclesiasticos iudices.*

De nor-

De norma à iudicibus seruanda circa clericorum laicorumuè capturam, deq; inuocatione brachij sæcularis postulanda, accuratius quàm hucusq; dilucidatur.

Cap. 13.

POstquàm de condemnatione expensarum vidimus, reliquum est vt agamus de reorum captura, deq; inuocatione brachij sæcularis postulanda, & imprimis supponendum est, quòd carcer regulariter de iure ciuili inuentus est ad custodiam, non autem ad pœnam. l. aut damnum. §. solent. ff. de pœn. l. incredibile C. eod. tit. l. 4. tit. 31. par. 7. & melius in. l. 11. tit. 29. ead. par. Adde Ana. in cap. à nobis de apost. num. 3. Et videndus Aui. in cap. 18. prætorum glo. in verb. carcel, post num. 1. vbi dicit, quòd de iure ciuili solummodò est ad custodiam inuentus, de iure autem canonico ad custodiam & ad penam, per tex. in cap quamuis de pœn. in. 6. Vbi doctores tradiderunt. & quòd 1

Et quòd sit inuentus ad custodiam & non ad pœnam resoluit Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 305. nume. 1. & 2: sed vidimus iam communi
2 *vsu receptum, quòd carcer ad custodiam & ad pœnam in vtroq; foro passim assumatur, & sic iure Regio ad vtrumq; effectum inuentus est, vt*
3 *Ola. Antino. docet. lit. C. num. 7. Vbi leges Regias recenset ex quibus carceris pœna pro criminis punitione irrogatur. Vide Conci. Trid. Sess. 25. cap. 14. circa fi. Vbi clerici concubinarij beneficia non habentes carceris pœna puniri possunt.*

4 *Vnde pro concordia iurium & scribentium crederem distinguendum esse, ita vt in procedendo (causa exigente) delinquens incarceretur ad custodiam ne fugam arripiat, & iudicium illusorium reddatur: definiendo tamen, ad pœnitentiam agendam & criminis pœnam luendam, ad*
5 *tempus vel in perpetuum (prout magis expedire videtur) carceribus mãcipetur. Et ex mea sententia hic est verus & genuinus intellectus ad illum text. in dict. cap. quamuis de pœnit. in. 6. cui ipsius verba satis sunt consentanea. Inquit enim Inno. ibi.*

Intellectus ad tex. in c. quãuis. de Pœni. i. 6. & ad l. 4. tit. 31. par. 7.

ibi. Quamuis ad Reorum custodiam non ad pœnam carcer spetialiter deputatus esse noscatur, nos tamen non improbamus si subjectos tibi clericos confessos de criminibus seu conuictos, eorum excessibus & personis ceterisq; circũstantijs prouida deliberatione pensatis, in perpetuum vel ad tempus, prout videris expedire, carceri mancipes ad pœnitentiam peragendam. Quod comprobari etiam videtur ex verbis d. l. 4. p. ibi Ca la carcel no es dada para escarmentar los yerros mas para guardar los presos tan solamente en ella hasta que sean iuzgados, igitur post rem iudicatam detrudi possunt perpetuis carceribus non ad custodiam, sed ad pœnitentiam pro peccatis per agendam.

Sed hic obitèr quæritur vtrum Ecclesiasticus iudex perpetuum carcerem in pœnam delicti tam clericis quàm laicis irrogare posit. Et Cali. in marg. fisci prout eum allegat Iul. Cla. practi. crimi. q. 7. nu. 4. dicit quòd Reges Castellæ multũ vtuntur ista pœna perpetui carceris, & quòd apud clericos multùm fræquentatur. Licet idem Clar. fateatur ibidem quòd laicum ad perpetuũ 6

carcerem condemnare non possint, etiam quando laicus propter delictum effectus est de foro ecclesiastico. loquitur tamen sine ratione & lege, & contrariũ videtur sentire Ber. Diaz in prac. cap. 129. nec video si pœna perpetui carceris sit condigna delicto, quare laico non irrogabitur, cum Clericus illo dignior eam subire teneatur.

At verò Menoch. dict. tract. de arbit. q. 86. cũ alijs multis, quos sibi allegat, resoluit quòd de iure ciuili carcer perpetuus in pœnam irrogari non potest, nisi seruo, ex dispositione autem iuris Pontificij secus.

Hinc etiã quæritur, nũquid istuismodi incar-
7 *ceratus modò clericus modò sit laicus, possit stricti carceris asperitate seu fame necari, & Ang. in l. Prætor ait. §. Publicanus, nu. 1. ff. vi bon. rap. dicit quòd quãuis clericis nõ licet interficere quẽquã possunt tamẽ eos in carcerẽ includere, cũ tãta necessitate cibi & potus vt fame necentur, cũ quo transit Iul. Cla. vbi supra. Et Ana. in. c. à nobis de apost a num. 6. dicit, quòd ecclesiasticus potest clericum deputare sub graui carcere attenuan-*

nuando sibi vitum (forte in pane & aqua) vt mors sit illi solatium, & vita tormentum, per tex. in capit. nouimus. §. pro illo de verbor. signi.

Sed Ber. Diaz in dict. c. 129. cũ alijs multis quos ibi refert contrariũ aserit, dicẽs quòd si ita incarceratus de facili moreretur, Ecclesiasticus iudex esset irregularis, & refert etiam Card. in Clem. 1. de pœni. & remi. dicentem quòd ponentes aliquem in tali carcere in quo propter eius arctionem incarcerati non viuunt vltra sex vel octo dies, reputat homicidas vel irregulares, quia illa pœna est magis aflictiua quàm si ponerentur in patibulo.

Ego autem pro istius difficultatis concordia dicerem, quòd si iudex in hoc modum excesserit, ita vt incarceratus verisimiliter ex excessu citius mori contingat, iregularis & homicida iudex reputabitur, sin autem modum non excesserit, sed pœna fuerit condigna delicto, etiam si incarceratus moriatur illico, excusabitur iudex ab irregularitate & alia qualibet pœna, quia hanc cibi & potus tenuitatem, & carceris angustiam Cõciliatio opinionũ,

 imponi

imponi à iudice posse, omnes ex iure Pontificio cõ muniter fatentur, vt resoluit Menoch. dict. q. 89. num. 10. Et solummodo excessus in hoc considerandus est, quod ex eo comprobatur, quia si damnatus ad perpetuum carcerem moriatur, dicitur naturaliter mori, vt not. Ana. in cap. fi. de homi. num. 8. & Bald. in. l. 1. C. de his qui ad li. perue. non po.

Cæterum pro huius articuli complemento, lubens iudicibus Ecclesiæ consulerem, vt nusquam ista pœna vtantur, tum vt irregularitatem in dubio vitare valeant, si incarceratus forsan moriatur, tum propter loci difficultatem ad deputandum carcerem perpetuum. Inter monachos autem permissa videtur, ac est satis cõsentanea pro religiosis grauiter delinquentibus.

Hinc crederem insurrexisse praxim, quam aliqui iudices in definiendo obseruant, qui præteriti carceris pœnam cum expensarum condemnatione, pro criminis punitione irrogare solent, vt Bern. Diaz adnotauit in pract. cap. 23. quam vtiq; praxim lubens approbarem, nisi ex ea facilitas ad reos incarcerãdum oriretur, ex quo etiã

id de-

id deterius contingere solet, vt ex quibusuis probationibus iudices ducti, detentionem in carceribus aut personalis comparitionis laborem in pœnam delicti temerè irrogent, quæ vtique pœna non minima est, nec inconsideratè irroganda.

8 *His peractis iudices hoc loco admonere oppor-tebit, ne passim ac temerè clericos capere & in carcerem & vincula mittere iubeant, similes enim capturæ non debent fieri de facto, sed præcedente diffamatione vel accusatione, cũ qualiquali causæ cognitione aut processu saltim informatiuo iux. tex. sing. iuncta glos. & ibi scribent. in l. 2. ff. de cust. reorum & per Philip. Fran. & Domi. in cap. Si Clericos de sent. excõ. lib. 6. notat Bern. Diaz in pract. cap. 114. & 116. & Roderi. Xuar. de fideius. dan. in caus. crim. vers. practica iuridica est, & Boss. tit. de captura in princ. quibus adde Anto. Gome. variarũ tho. 3. cap. 9. de capt. reorum.*

9 *Sed caueãt obsecro, nè seueritatis gloriam affectantes, (vt iuniores iudices facere consueuerunt) ad reorum capturam illicò prorumpant, quia captura est iniuria irreparabilis, vt Ias. do-*

capturã est iniuria irreparabilis.

cet in l. si se non obtulerit num. 24. ff. de re iud. & Roderic. Xuar. in. l. 2. tit. de los gouiernos. q. 4. col. 1. & quia durior est carcer quàm ipsa captiuitas.

Et præsertim id atendant in delictis in quibus corporalis pœna non venit imponenda, & vbi carceris pœna pro criminis punitione minus etiam irroganda est, quia plerumq; contingere solet, quòd incarcerando clericos sola delicti suspitione, aut præsumptione vel etiam semiplena probatione præcedenti, innocentes & sine culpa aliqua postea reperiuntur, & si iudicis sententia absolutoria à carceribus & delicti pœna liberentur, iniuria seu infamia quæ captura ipsa contrahitur nequaquàm deletur in totum.

10 Authoris sententia circa clericorum capturã aparte peragendam

Vnde mea quidem sententia, vbi delinquentes fuga non timetur nec vllatenus suspicatur, vt ferè in omnibus delictis contingere solet, nisi plena delicti probatione præcedenti, ad aliquem clericum incarcerandum minimè procederem, sed data securitate fuge, cautius agitur, si priusquàm ad capturam deueniamus plenariè agatur

tur, quippè eos custodiri qui fugam minimè arrepturi sunt superuacaneum videtur quod inspetie probare videtur Domi. d. cap. si clericos, de sententia excommuni. libr. 6. dicens quòd Clerici non semper propter crimen sunt detrudendi in carceribus, sed tunc demum quando sunt suspecti, vt quia nil possident in loco delicti, vel sunt alienigeni. Quod etiam probari videtur in cap. 6. concil. Trid. Sess. 25. circa med. vbi in criminibus ex incontinentia prouenientibus, & alijs atrocioribus vbi de fuga timetur, nè iudiciũ eludatur potest Episcopus facta summaria informatione ad capturam procedere secus autem videtur fuga cessante.

Præterea hæc sententia ex eo fulciri videtur, quia nullus in carcerem priusquàm cõuincatur detrudendus est, vt eleganter probat l. 2. C. de exhibendis Reis & licet glo. ibi verba illa priusquàm conuincatur exponat, idest semiplenè. Salice. ibi approbat glo. solutionem quantùm ad custodiam carceris subeundam, qua cessante vt potè de fuga non timetur supradicta l. 2. apertè fulcit nostram sententiam.

Præ-

11 *Præterea eo etiam casu vbi carceris pœna ex lege vel consuetudine pro criminis punitione imponẽda venit: ante quàm ad capturam deueniamus, plenaria delicti probatio præcedere debet, quia est pœna ordinaria delicti, & aliàs daretur occasio, quod semiplena probatione vel præsumptionibus talia delicta puniretur, ita Phili. Frã. in dict. cap. si Clericos num. 7. in fin. & Domi. ibi num. 5. Tenet etiam Bern. Diaz in pract. c. 116. in fine.*

12 *Proinde discreti iudices non debent esse faciles ad capturam. Vnde si iniustè aliquem in carcerem & vincula coniecerint, vltra peccati reatum quod contrahere videntur, damnum & iniuriam iniustè incarcerato compensare tenentur vt Nauarr. asserit in manua. cap. 15. & 13. per tex. in l. 1. C. de priua. carce. & in c. nõ sane 24. q. 5. ver. si. & vltra prædictas pœnas haud liberi erunt à sententia canonis si quis suadente prout facilè colligi potest ex docto. in dict. cap. si Clericos & ex eodem Nauar. in manua. c. 27.*
13 *num. 85. Præsertim in leuibus delictis vbi nec fuga timetur & corporalis pœna inferẽda non est.*

Sed

Sed heu quàm iniquè & imprudenter clericorum captura à iudicibus Ecclesiastici fori hodie practicatur, qui quidem cupiditate seu iactantia excecati ob leuia quecũq; delicta & vbi fuga minimè timetur, & præsertim vbi pœna corporalis non venit irroganda ad incarcerandos & affligendos Christos Domini ex quali quali informatione seu leuissimis præsumptionibus procedere non verentur.

Inuectio Authoris aduersus iudices Ecclesiasticos qui faciles sunt ad clericorum capturã.

Unde passim fit quòd miseri inquisiti vt ab ipsa possint citius incarceratione & vinculis liberari, nec conuicti nec confessi in causa concludant 14 *& proprijs defensionibus cedant, quo solent delictis forsan, quæ nusquam perpetrarunt, condescendere & assentiri, in propriæ famæ dispendiũ.*

Et plerumq; indices, vinculorum asperitate atq; diuturna carceris detẽtione eos ita premũt, vt quasi inuitos ad id efficiendum inducant. Cũ adhuc ipsi diabolo si esset in iudicio non est negãda defensio, vt Rota docet in nouis. 3 6 4. aliàs 16. de dolo & contu. num. 3. & decis. 201. aliàs 15. de procur. per tex. in cap. cum inter de excess. præ. adde Imol. in Clement. Pastoralis,

Diabolo si esset in iudicio non est denegan da defẽsio.

numer. 5 2. de re iudicata.

15 *Sed o summa iniquitas, & iniuria clericorũ satis detestanda, nonnè Ecclesiæ iudices satis cõpertum habent, quòd reo conuicto & adhuc spõtè confesso, & etiam non petenti non est denegandus terminus ad se defendendum, vt totius mundi practica tenet, prout Iul. Clarus testatur li. 5. recep. §. fi. q. 49. num. 13. ideq; eleganter resoluit Redin. in tract. de mages. Princ. Verbo sed etiam per legitimos tramites num. 85.*

16 *Nonnè etiam precipitur quòd vbi pœna corporis afflictiua irroganda venit, testibus non reproductis vel defensionum terminis spontè renũtiatis, ad aliquem puniendum seu condemnandum procedi non potest vt eleganter concludit Couarr. in. 4. cap. 8. §. 12. num. 16. & Redin. vbi supra num. 114. atq; idipsum Lãcell. Cõr. sequitur in templo iudicum lib. 1. cap. 1. §. 4. q. 3. num. 16. Vbi etiam casus recenset in quibus defensionum renuntiatio admittenda est.*

Vnde Iul. Clarus vbi supra num. 16. iudicibus consulit, vt nullo modò curent inducere reos ad renuntiandum suis defensionibus, nè super

eos

eos & eorum filios cõuertatur. idemq; Marsi. sequitur in sing. 651. Et nouissime Menoch. consi. 82. num. 121.

At vultisnè Præsules optimi hanc dignoscere veritatem facite obsecro, vt vestri officiales vel iure permittente sub fideiussoribus captos dimittant, vel eodem prohibente inquisitos minimè capiant, & in apertò videbitis, qualiter inculpati iustas obtulerint defensiones, ita vt multi necessariò absoluendi veniant, qui aliàs (renuntiatis defensionum terminis) erant condemnandi.

Cæterùm illud hic non est, ommittendum, quòd clericus non est in carcerem detrudendus, nec excommunicandus propter æs alienum, cap. Oduardus & ibi communiter scribẽtes de solutio. Nec cedere bonis compelli potest, si præ inopia debita soluere nequeat, vt eleganter concludit Couarru. var. lib. 2. cap. 1. num. 9. Et Baeti. de ino. debi. c. 17. nu. 9. qui etiam nu. 11. eiusdẽ cap. iure reprehendit Parisiensis Curiæ consuetudinẽ, quæ pro debito ciuili clericũ incarcerari facit, oblitus tamen fuit reprehendere eandem consuetudinẽ, quæ in multis Ecclesiasticis Hispaniæ Tribunalibus etiam viget, non solum capiendi verum- 18

17 Clericus nõ est capiendus propter es alienũ

etiam passim excommunicandi clericos propter æs alienam.

Sed ea de causa, (vt opinor) hæc praua cõsuetudo introducta est in prætorijs Ecclesiasticis, tũ quia hac via citius debita à miseris debitoribus extorquentur, tum quia priuilegium dicti cap. Oduardus clerici quantumcumq; Ecclesiæ censuris carcerisq́; & vinculorum asperitate opprimantur opponere recusant, credentes sibi esse dãnosum ac infamiam inde contrahere posse, autumant enim esse veluti bonorũ cessionẽ, quæ non nisi ab infamibus & decoctis hominibus fit. At verò non eorum culpa hoc euenit, sed iudicum, qui ex officio Clericorum priuilegia illæsa conseruare tenentur, saltem quatenus totũ ordinẽ clericalem tangere videntur. Nec oberit argumentum, à milite armatæ militiæ ad militem cælestis militiæ vt Euer. in dict. loco censet, quia nõ militat in vtroq; casu eadem ratio, nam inter laicos dubitari meritò potest, quis sit nobilis & priuilegiatus, quis verò nõ, imò quilibet plebeyus præsumitur, dum nobilitatis & exemptionis priuilegia non ostenderit & in iudicio produxerit, sicq́; inte-

Iudex ex officio clericorũ priuilegia conseruare tenentur

interim capi & incarcerari propter debita potest, vsq; dum priuilegij exceptionem opponat.

Secus verò si notorius nobilis sit & absq; cõ traditione, quia non est carcerandus vt concludit Guti. de iuram. confir. 1. par. cap. 16. num. 6. quare igitur si executio aduersus clericum fiat & iudex & creditor eum clericum confiteantur incarcerandus illico est? presertim quia pro clericis semper præsumitur quin clericatus priuilegia ostenderint, & sacrorum ordinum titulos in iuditio ædiderint glo. in c. super his de accusat. Ro- 20 *ta in antiq. decis. 264. aliàs de ferijs. 8. & potissimùm hoc ad iudicis officium spectat, quia pacto expresso huic priuilegio (nè conueniantur vltra quàm facere possunt secundum constitutionem, dict. cap. Oduardus) clerici renuntiare non possunt, vt placuit butrio consi. 41. quem refert & sequitur Baeti. vbi supra num. 5. quinimo si tacitè fiat consentiendo se incarcerari & excõmunicationibus subijci.*

Nec etiam si iuramento simpliciter promisserint soluere debitum prædicti. c. priuilegiũ amittere debẽt, vt testatur Couar. aduersus, Gomez.

prout eos refert Guti.d.tract.1.p.c.17.nu.36.

Aduers. Guti. de iur. confir. *Nec ipsius Gutie. conciliatio placet inter Cauar. & Gome. quia parum refert dicere q̃ se obliga a pagar la deuda simpliciter vel cum dictione vniuersali apagar toda la deuda, vt ex hoc tanti põderis beneficium clericis auferatur. Rursus nonnè discreti iudices pignora capi & bonorum excusionẽ fieri secũdum iuris regulas iubere possũt, & beneficiorũ redditus creditoribus adiudicari, ita vt deductis necessarijs alimentis quatenus facere possunt debita cuncta luant, quin incarcerẽtur illico, aut temerè excõmunicentur, aduersus sacerdotalis dignitatis prærogatiuã? cuius vtiq; conseruatio, ad publicam vtilitatem & religionem maximè spectat.*

21 *At verò si de fuga clerici debitoris timetur, vel quòd bona obtrudere & asportare velit, aliũuè dolũ cõmittere suspicatur, ad defraudãdum creditores suos, vel quando pecunia debita procedit ex delicto, vel quasi, veluti si contrectauit depositum, & alijs huiuscemodi casibus, quos idem Couar. Guti. & Baeti. vbi supra referunt: Clerici capi & excommunicari poterunt. In quibus adhuc lubẽs consulerem, quòd si pignora liberè capi &*

pi & extrahi possunt, secundũ debiti quantitatẽ vel dantur fideiussores de stando iuri, à censuris & captura prorsus abstineatur. Etiam si non caueant de iudicato soluendo vtidem Gutie. circa nobilem carceratum aserere vbi supra videtur.

Et hoc etiam ex eo satis cõprobatur, quia si debitũ ab instrumento guarentigio & auctentico 22 *processerit, vel à partis confessione, seu á sententia transacta in rẽ iudicatã, vel ex chirographo recognito, executioni mãdabitur, iuxta leges Regias & stylum curiæ sæcularis, absq; captura & excommunicatione, prout fieri consueuit ferè in omnibus Ecclesiasticis Prætorijs, præsertim Archiepiscopatus Toletani vbi constitutione Synodali tertia sub titulo de sent, & re iud. constitutum est, quòd in causis clericorum executiuis procedatur iuxta prædictas leges Regias. Nec dicendum est quòd Clericus debet capi vsq; dum præstet fideiussorem de saneamiento, quia quilibet laicus sub his fideiussoribus à carceribus necessariò dimittendus est alias paris essent conditionis.*

In alijs autem debitis non liquidis, nõ excusa- 23 *tionem*

tionem (vt aiunt) paratam habentibus, efficacio ri quidem ratione à censuris & incarceratione abstinendum erit, in quibus via ordinaria aut per captionem pignorum procedi potest, nec teme rè super his mandata censuris plena decerni debent vt hucusque actum est.

24 *Præterea non immeritò Ecclesiæ iudices admonēdi etiam sunt vt circa laicorum capturam prudenter se gerere debeant, quia odiosa est, & licêt in aliquibus diocessibus consuetudine obtentū sit, eos posse capere, ac vinculis constringere, in alijs autem non video, vt Couarru. inquit cap. 10. pract. qq. num. 2. quare seclusa consuetudine iudex Ecclesiasticus non possit ipsos laicos capere & in carcerem mittere, si legitimè aduersus laicum criminali iudicio vel sentētiam tulerit, vel cognitionem & examen culpæ ad punitionem instituerit, quam sententiam Domi. expresse asserit in cap. cum Episcopus num. 9. de off. ordi. lib. 6. eandem sequitur ac dicit esse communem Mēcha. lib. 3. de testa. §. 22. num. 18. quam etiam de iure dicit esse veriorem Salz. in addit. ad reg. 397. Bernar. Diaz verbo sed nouum dubiū.*

Laicorū captura prudenter agenda.

Laicus excōmuni opini. a iudice Ecclesiastico capiendus.

Verun-

*Veruntamen ommissis longis disputationi-
bus, quæ inter doctores iuris Cæsarei & Pontifi-
cij circa hanc quæstionem passim suboriuntur;
& his quæ incomprobationem huius sententiæ ad
duci solent, eam efficacissimo argumento tex. c.
3. Sess. 25. Conci. Trid. iuri & rationi magis
consentaneam fore ac necessariò seruandam esse
ostendam. dicto enim capite stabilitum est quòd
in causis ciuilibus seu criminalibus laicorum tam
in procedendo quàm definiendo, à censuris absti-
nẽdum sit, imò præcipit sancta Synodus per mul* 25
*ctas pecuniarias, seu per captionem pignorũ, per
sonarumq; districtionem, per suos proprios, aut
alienos executores, realis vel personalis executio
prius fieri debeat, quàm ad censuras deueniatur.
Unde fit quod si retenta contraria opinione, Ec
clesiasticis iudicibus laicos capere ac eorum pigno
ra non licet, necessariò in qualibet parte litis tam
in procedendo quàm definiendo censuris vti lice
bit, prout passim vtuntur omnes Ecclesiastici iu
dices, cõtra omnem iuris ordinem & decreta Põ
tificium, ita vt censuræ magis contemni quã for-
midari videantur, & pernitiẽ potius parare quã
salutẽ.*

Sed pro huius rei maiori dilucidatione, maximopere aduertendum est, ad incommoda & malignitates censurarum quasi accuratè ac Christiano animo perpendantur, captura quidē præ
26 *illis pro nihilo reputabitur. Nam si excommunicatio fuerit maior, amplius nocet excommunicato quàm ipsum peccatum mortale, propter quod lata fuit iuxta notata per Couarr. in relect. cap. alma mater de sent. excō. lib. 6. in initio pri. partis num. 6.*

Malignitates cēsurarum enumerātur.

27 *Quæ etiam quemlibet priuat suffragijs Ecclesiæ & communione fidelium, sacramentorumq; participatione tam actiuè quam passiuè, vt latè summistæ referunt in suis summis ver. excommunicatio, & Nauar. in manua. c. 27. nu. 17. cū sequentib. Et iusta glo. receptam in. §. 1. verbo interdictum, insti. quibus modis ius pat. sol. excommunicatus deportato æquiparatur, quam glos. sing. reputat Bald. in cap. licet vndiq; de officio deleg. & Gemi. in cap. decernimus de sententia excom. lib. 6.*

Et adeò excommunicatio pœna est, quòd vbi de iure ciuili venit imponenda pœna mortis,

tis, de iure canonico imponitur excommunicatio, vt docet Abb. in cap. per venerabilem, qui fi. sint leg. idem in cap. 2. de maior. & obed. & in cap. 1. de fur. in fi. & sanct. Thomas. 22. quæst. 99. arti. vlt. adnotauit, quòd de iure canonico non imponitur mors temporalis, imò loco eius excommunicatio infligitur. Atq; excommunicatus vt habetur in glo. cap. audi & in. c. omnis. 11. q. 3. traditur Sathanæ & in eo habet potestatē quasi in pecore suo, & deniq; Car. in cap. nihil quæst. 3. refert quatuordecim malignitates excommunicationis & Rosa. bus. libr. 2. serm. 37. adidit vsq; ad. 26.

Idq; excommunicato etiam contingere solet, quòd ex perseuerantia in excommunicatione pœnis pecuniarijs & relegatione ex legibus Regni punitur, & crescente contumacia hæresis suspectus habetur, vt in cap. 3. infin. sess. 25. Concil. Trident. latè notat Couarru. in relect. cap. alma mater. 1. par. §. 7. num. 10.

Et deniq; excōmunicationis pœna maior est quàm Ecclesia imponere potest teste Boherio

in cap. si quis Præsbyterorum nume. 8. de rebus ec. non al.

Quæ vtiq; incommoda & malignitates omnes, si laici attentius considerauerint, millies profecto priuilegio, nè incarcerari à iudicibus Ecclesiasticis possint renuntiare, & in carcerem Ecclesiasticum quantumcunq; squallidum & tetrũ detrudi, diuq; ferreis compedibus ibi detineri mallent, quàm Ecclesiæ censuris submitti.

28 *Vnde id experiri vnumquemq; Ecclesiasticũ iudicem maximopere vellem quod ego dum iudicandi muneri præfui expertus sum: nam propter Ecclesiasticum debitum quendam laicum excommunicaueram, qui cũ indurato animo in excommunicatione diu permansisset, illum forsan conueni, & cum ab eo perceperim adhuc esse censuris innodatum, cautè mecum duxi vsq; in Ecclesiasticum carcerem, vbi nolentem absolui, & vinculis conieci, vsq; dum debitam pecuniam lueret: profectò infra vnius horæ interuallum, eam cum totius causæ sportulis persoluit, vt à vinculis citius liberaretur. En quomodo grauissimas ac formidandas censurarum pœnas, tanto tempo*

Laici excõmuuicati experimẽtũ.

tẽpore hic laicus ſpreuerat, in ſui ipſius animæ ſalutem, corporis autẽ afflictiuas, quaſi ignarus illico ſenſit, ac verè timuit, quod vtiq; paſsim contingere ſolet in cenſurarum vilipendium.

At ſi nemo ſanæ mentis hoc inficiari vſquàm poteſt qua igitur de cauſa ſæculares magiſtratus tam anxiè & non exiguo conatu id obuiare curant? cum principale præiudicium regalis iuriſdictionis non odeò in laicorum captura conſiſtere videatur, ſicuti in cauſarum preuentione aut præoccupatione, quæ ſi Eccleſiaſticis legitimè cõpetierit per conſequens & ipſa captura, nam cauſa ſimpliciter commiſſa vel mandata, omnia mãdata cenſentur, quæ conſequutiua ſunt ad finẽ cauſæ cap. præterea cap. ex literis de off. deleg.

Unde valdè miror quo iure quaq; ratione. l. 29 *Regni. 15. tit. 1. l. 4. nouæ collecti. cõdita fuerit, quæ nedum laicorum capturam per Eccleſiaſticos iudices eorumq; miniſtros faciendam prohibuit, verumetiam omnium diocæſum conſuetudinem abſtulit, veluti introductam contra ſciẽtiam & patientiam Regis, nonnè Dominus cuncta bona quæ Iob poſſiderat filios & armenta ipſiuſq;*

siusq; salutem in manu Sathanæ posuerat, animã autem reseruauit? Quare igitur in Christiana republica permitti debet animas hominum pretiosissimo suo sanguine redemptas simul cum corporibus ipsis, Sathanæ tradi? siquidem excommunicatio teste Lãcelo. Conrra. in templo iud. libr. 2. cap. 5. §. 4. num. 6. afficit corpus & animam.

Igitur luat corpus & aquolibet incarceretur, si crimen aliquod commisisse comperitur distrahantur bona, & creditoribus cuius sunt adiudicẽtur, anima verò suo creatori incolumis reseruetur. Quid enim homini prodest (vt scriptura sacra testatur) si totum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?

Vnde vellem profectò vt Rex Hispaniarum Catholicus hæc omnia perpenderet, & vt magnificentissimus omnibus sui Regni Prælatis. l. lata concederet, liberam laicorum capturam, in his casibus qui ad suum forum & iurisdictionem spectare dignoscuntur, ita vt à Regia sua largitate & maiestate suprema, omnes fateantur hoc bonum accepisse, vt nè clanculùm & vt

vnde

vndeuis introducatur, in animarum omnium graue dispendium, & vtriusq; iuris scribentiũq; nimiam confusionem, ac censurarum sanctæ matris Ecclesiæ vilipendium. Et ex eo potissimùm id Rex Christianissimus concedere astringitur, quia si circa incarcerandos laicos Ecclesiastici iudices vim aliquam, vel iniustitiam eis intulerint, ipsemet Rex Catholicus, eiusq; Regij Senatores submouendi eam potestatem habent.

Sed abijciet quispiam me insanire, ac nihilum dixisse, cùm iure optimo & ab ipsa præsertim Trid. Syn. cautum sit, vt inuocatione brachij sæcularis huic morbo medeatur, dum sancta Synodus præcitato c. 3. statuit supradictam pignorũ captionem personarumq; districtionem posse fieri aduersus laicos per suos vel alienos executores, communisq; doctorum resolutio id ipsum comprobare videatur. 30

Inuocatione brachij sæcularis capiendi sunt laici.

Sed mane parũper, si rẽ iuditiariã in foro Ecclesiæ aliquãdo egisti, & attẽtius perpẽde, qualis sit ista iudicũ sæculariũ inuocatio, & incommoda quæ inde sequũtur cautè cõsidera et repies ꝙ aliq; 31

Incommoda inuocationis brachij secularis ad numerantur.

sæcula

sæculares iudices difficillimè & ægrè ferant officium suum postulatum impartiri, ita vt eis videatur facere quid iniustum, & sui officij alienũ, ac vniuersam regalem iurisdictionem prorsus destruere, adeò vt ipse mallem causas omnes cõtra laicos indecisas relinquere, quàm horum iudicũ inuocationibus vti.

Qui quidem scandalizantur persæpè ac irascũtur valdè, quippe in literis inuocatorijs Ecclesiasticus iudex sub excommunicationis interminatione vt exhibeatur auxilium imperat, quasi superior non sit, & iure non fuisset hoc stabilitum, quid quæso inuocare proderit, si nollentes officiũ suum impartiri, ad illud præstandum compelli

32 *non possent prout de iure conceditur? per tex. in cap. 2. de maled. tradunt communiter scribentes in cap. 1. de off. ordi. maximè Abb. ibi nu. 11. & Ias. in l. à diuo pio, §. sentẽtiam Romæ nu. 16. ff. de re iudicata. Imò ex sententia Menoch. de arbitra. lib. 2. casu. 452. num. 4. iudices sæcula-*

Aduersus Menochij.

res qui hoc auxilium Ecclesiastico iudici præstare negligunt, eius arbitrio puniẽdi sunt, licèt praxis solummodò admiserit, vt inobedientes excom

munica-

municatione plectantur. Donec mandatis Ecclesiæ paruerint, nec parui pendẽdum est, quod obedire vellint quinimo eos punire vt Menochi. testatur.

Alij præterea priusquàm officium suum præstare vellint, acta processus ab eis examinanda fore proclamant, & vsq; dum eis exhibentur obedire recusant, quod licèt in causis mixti fori eis concedatur iuxta tradita per docto. in cap. 1. de off. ordi. & latè discutit Redin vbi supra, crederem profectò contrarium sustineri posse. Nã si sæcularis iudex Ecclesiastico auxilium suum haud impendere debet, nisi examinato processu, ac iustitia causæ prius discussa, quid igitur refert communis doctorum assertio quàm supracitauimus? videlicet q Ecclesiasticus iudex censuris queat sæcularem compellere ad exhibẽdum auxilium, profectò nihil, siquidem in manu cuiuslibet sæcularis iudicis erit non obedire censuris Ecclesiæ, ac ex qualibet causa dicere processum minimè iustificatum esse, quod par imparem facere solet, non tamen inferior aduersus superiorem. 33

Iudex sęcula. quã do examinare debeat processũ Ecclesiastici ante auxiliũ præstandum.

Quod etiam comprobari videtur ex eo quia

 si in-

si inter sæcularē & Ecclesiasticum iudicem controuertitur super iurisdictionis competentia aut præoccupatione, Ecclesiasticus tāquam superior cognoscere, ac iudicare habet an sua sit iurisdictio vt eleganter resoluit Couar. pract. qq. c. 33. nu. 1. vers. quibus etiam sufragatur. Igitur si eadem controuersia inter ipsosmet suboriatur iudices super causæ & processus iustificatione, Ecclesiastici sententiam præualere iustius erit. Et ex eo potissimum id fieri debet: quia in similibus controuersijs si sæcularis iudex iniustè ab Ecclesiastico fuerit compulsus, eam vim & iniustitiam eius superiores per viā (vt aiunt,) de la fuerça dimouere possunt.

Et hoc præsertim obseruandum erit quando imploratur auxiliū super captura laicorū. Qui nō opus est processū examinare, quo circa qualis
28 *qlis causæ cognitio sufficere videtur, cū ex eadē causa & probatione qua seculares iudices laicos capere possunt, Ecclesiasticis pro eorum captura auxilium præstare teneantur. Secus tamen erit si ad executionem sentētiæ criminalis aduersus eosdem auxiliū implorabitur, quia tunc non æquum*

videtur

videtur auxilium impartiri, nisi iustè fuerit postulatũ, & ante executionem sæcularis iudex processum examinauerit, & ita ni fallor tex. deberet intelligi cũ cõmuni resolutione doct. ibi in cap. 1. de offi. ordi.

Et rursus plerũq; cõtingere solet, vt antequàm huiuscemodi inuocatorijs literis obediatur, clãculũ curẽt pdicti iudices sæculares, vt eorũ ministri cognitis ex intimatione laicis delinquẽtibus, eos illicò capiãt & in regiũ carcerem mittant, facta prius criminis denũtiatione prout eis placuit, ita vt per similẽ capturã, & falsam delationẽ causã præuenisse autumẽt, qđ licèt iniustè & cõtra omnẽ iuris ordinẽ fecerint, nihilominus intẽtũ suũ consequuntur, quippe literarum inuocatoriarũ intimationi respõdere nõ verẽtur causam præoccupasse eisq; per capturam competere.

Et licèt miser Ecclesiæ iudex ad exhibendũ auxiliũ grauiori cẽsura vtatur, appellationes inde interponere curãt, cũ protestatione auxilij, quod vulgo, (de la fuerça nũcupatur) ni suis quantuncũq; friuolis appellationibus deferatur & antequam vt excõmunicati & inobediẽtes denũtientur, acta originalia totius processus, eadẽ via in

Regia Tribunalia deferunt, & quia vt plurimum ex officio iudicis Ecclesiastici, vel ad instantiam eius promotoris fiscalis fulminantur, non prosequuntur instantiam illam de la fuerça, imo penitus missam faciunt, quia tot expensis, & innumeris contentionibus, importunoue labore, peccata laicorum punire recusant, præsertim cùm iam per ipsos non steterit, quominus puniantur. Et hoc inde deterius cõtingit, nã peccata quæ secreti sigillo indigent, publicari solent, in multorũ graue dispendium & animarum salutem.

At si forsan aliqui timoratæ cõsciẽtiæ & recti iudices auxiliũ suũ libẽter prestiterint, eorũ profectò executores quibus id cõmitti solet, non solũ exequi negligunt præstitum auxilium, imò ipsos laicos si opus est certiores faciunt, vt vel fugam arripiant, vel aliter iudiciũ Ecclesiasticum subterfugiant, ita vt necesse sit contra executorem nouum inchoare processum. Vnde fit vt ex vna lite, (quæ forsan de aliquo diuturno cõcubinatu seu peccato publico vitando agitur,) mille iurisdictionum contentiones atq; discordiæ inter ipsosmet iudices oriantur: adeò vt ad Ecclesiasticum

inter

interdictum deuenire ac populum innocẽtem affligere sæpè necesse sit, & dum iudices hi mutuũ sibi auxilium præstare tenẽtur, se adinuicem impedire & litibus inuoluere parant.

Quod ipse dũ iudicandi muneri præfui ægrè ferebam, & ob id sepius iudicandi laborem renuui, nam pro extirpandis & à Christiana republica erradicãdis peccatis publicis, vice remunerationis & auxilium à Christianis magistratibus præstandi loco, non solum innumerabiles & importunæ disseminabantur lites & grauia contentionum iurgia, imo sæpius alumni & officiales Ecclesiastici fori, & aliquando amici & coniuncti, præsertim si laici erant tetris carceribus detrudebantur, & aliquo quæsito colore iniustè vexabantur: quod frequentius apud nouiores ac iuris ignaros iudices contingere solebat.

Nec minus obstabit dicere, quòd ex opinione Pala. Rub. in c. per vestras. 2. not. §. sed est Pulchra dubitatio num. 17. & aliorum quos ibi refert, iudex Ecclesiasticus debet procedere contra laicos, primo excommunicando, deinde anathematizando & interdicendo, postea cum Eccle- 34 Aduers. Palla. Rub. & alios.

sia nõ habeat vltra quid faciat, inuocet brachiũ sæculare, quem etiam refert & sequitur Couar. pract. qq. c. 10. nu. 1. & August. verò in c. signi ficasti, de off. iud. deleg. nu. 24. Et Redin. de Ma iestate Princ. verb. sed etiã per legitimos tramit- tes nu. 142. quam opinionem omnes cõmuniter fatentur. Sed vtiq; ni fallor decipiuntur omnes, & quòd prius inuocatione & captura ac pigno- rum captione vtendum sit, liquidò ex sequenti- bus commostrabimus.

Et primum ex eo communis opinionis error manifestè apparet quia tex. in cap. 1. de off. ordi narij, & in cap. 2. de male & in c. dilecto, de sent. exco. lib. 6. & omnia alia iura quæ in istius sen- tentiæ cõprobationem doctores adducunt, cũ de inuocatione brachij sæcularis agunt, loquuntur per hæc verba, si necesse fuerit, vel si opus fuerit, & huiusmodi, ex quorum proprio significato, in qualibet parte litis, in quolibet q; actu, vbi necesse fuerit, verificari possunt, nec per ea verba restrin gimur vt in subsidiũ, et quãdo ecclesia nõ habeat vltra quid faciat, inuocatione vtamur, nec ex di ctis iuribus si benè perpendantur, hoc induci po-

potest. Praeterea hoc ipsum ex eo etiã dilucidari potest, quia si semiplena probatione praecedẽti ad capturã delinquentiũ & bonorũ sequestrum deueniendũ est, vt superius late tradidimus & cõmunis practica tenet: & in his prius atq; gradatim censuris vteremur, quàm ad inuocationem deueniamus prout ex praedicta cõmuni resolutione percipitur, maximùm profectò inconueniens, & intollerabile absurdum inde sequeretur, nam interim inquisiti vel fugam arriperent, vel bona obtrudere & occultare curabunt. Nam bonis in sequestrum traditis & delinquẽtis persona vinculis mancipata, in toto litis discursu, brachij saecularis auxilio nusquã erit opus. Vnde totius regni forẽsis praxis recepit & admisit, vt in limine cuiusuis litis pro capiendo laico delinquente, 37
vel pro eius annotatione bonorum, & in alia quae libet parte litis, quotiescunq; opus vel necesse fuerit, inuocetur saecularis magistratus auxilium.

Quod vtiq; ex cõtextura praedictorũ iurium facile etiam deprahẽdi potest, nã tex. in. d. c. 1. de off. ordi. haec verba subiũgit. Habeãt igitur Epi in suis diocaesibus liberã potestatẽ adulteria et scelera

lera inquirere, vlcisci, & iudicare, secundũ quod canones censent, absq; impedimento alicuius, & cum opus fuerit publicum conuocent auxilium. Ecce quomodo in inquirendo vlciscendo iudicã do, cum opus fuerit vti inuocatione possumus nõ autem in subsidium, vt prædicti doctores autumabant.

38 *Quod sanè dilucidè comprobari potest ex ipsamet Trid. Syn. supra citato cap. 3. sess. 25. quo vt superius dictum est statuitur, vt tam in procedendo quàm definiendo in causis ciuilibus & criminalibus contra laicos siue ipsos clericos, per mulctas pecuniarias, vel captionem pignorum, seu personarum districtionem, per suos vel alienos executores, executio realis vel personalis prius fieri debeat, quàm ad censuras deueniatur.*

Excommunicatio in subsidium irroganda.

Eccè quomodo censuræ merito in subsidium veniunt, quando iam Ecclesiæ iudex pignorum captione, & personarum captura vsus fuerit per suos executores facienda, vel per alienos inuocato ad id brachij sæcularis auxilio, nõ autem è cõtra vt communis resolutio doctorum censet, quæ nun-

nunquàm mihi placuit; nec iuri & rationi consentaneum videtur, vt in primis censurarum remedio vtamur, quod medicinale est & in subsidium irrogandum.

Hinc etiam examinari potest quæstio admodum difficilis, ex cuius decisione magis enucleabitur quod in præcedentibus articulis præmisimus. Numquid cum ab Ecclesiastico iudice brachij sæcularis auxilium imploratur, impendi debeat ad coadiuuandum, an ad actualiter exequendum? ita vt laici delinquentes qui inuocatione capiendi sunt, per officiales ipsius potestatis sæcularis in proprium carcerem detrudantur, & in bonis eorum aut personis sententiæ iudicum Ecclesiasticorum actualiter exequantur. 39

Brachij secul. auxilium an impēdi debeat ad coadiuuandū an ad actualiter exequendum?

Et prima facie videtur, quòd principaliter auxilium impartiri debeat ad exequendum, quia in omnibus causis in quibus conceditur iurisdictio iudici Ecclesiastico inter laicos, quamuis possit sententiam inter eos proferre, & pro executione eius excommunicare & interdicere, non tamē poterit exequi in bonis temporalibus, nec capere personam & incarcerari, sed debet sæculari 40

iudici remittere, ita in specie Pall. Rub. adnotauit in rep. cap. per vestras. 2. not. §. 1. nu. 18. & Auil. in c. 20. de los corregidores. glo. vsurpan. nu. 14. cum seq. qui alios ad id doctores allegant, sed non ita claré & distinctè loquentes, quam opinionem multis argumentis fulcire conantur, eo recurre.

41 *A quorum sententia lubens discedimus, quia eorum rationes & argumenta parum vrgere videntur, absurdũ enim esset & incõueniens maximum, & in iurisdictionis Ecclesiasticæ vilipendium ac omnimodam destructionem, si quoties opus esset auxilium hoc inuocare, ministri fori sæcularis ad exequendum actualiter accederẽt, ita vt in executionẽ inuocationis, ipsi laicos caperẽt, & in carcerem Regium mitterent, sub custodia suorum cõmentariensium, & sententias sontra ipsos eorumque bona à iudicibus Ecclesiæ latas exequerentur, quod ridiculosum videretur, nã laici passim supplicia subterfugerent, & iudicia iudicum Ecclesiasticorum illusoria essent: præsertim quia in causis mixti fori vt scribentes tradũt in dict. c. 1. de off. ordi. & maximè Imo. ibi. num.*

Aduersus Couarr. & Auil.

14. te-

14. *tenentur examinare processum antequàm officium suum postulatum impendant, & si iustè fuerit appellatum, aliquamuè iniustitiæ causam in processu inuenerint, non tenentur executioni acquiescere, nec auxilium impartiri, vt communiter omnes fatentur in dict. cap. 1. quia non ad præiudicãdum sed potius ad ea quæ sunt placita Deo prosequendum impendi debet, vt textus insinuat ibi, & supra cum distinctione quadam ad notauimus. nu. 33.*

Vnde in omnibus laicorum causis nusquàm sententiæ iudicũ Ecclesiasticorum iustæ inuenirentur, quia eorũ iudicia vt experimentũ docet sæcularibus infesta sunt, & vt laicis fauerẽt raro deesset illis aliqua iusta causa ea non exequendi.

In criminibus autem à iure exceptis, veluti hæresis & similium quæ Rub. & Auil. vbi supra commemorant, in quibus Ecclesiasticus propria auctoritate laicos capere potest, absq; auxilij inuocatione, si sententiam sanguinis aduersus eos protulerit, quia eam exequi nec decet nec potest, sæcularibus iudicibus committit, quin processum examinare queant.

Vnde in quocunq; Ecclesiastico pratorio praxis recepit, vt quaslibet pœnas citra sententiam sanguinis iudices per seipsos & suos officiales exe
42 *quantur, quin opus sit illis brachij sæcularis auxilio, nisi adcoadiuuandum & assistendum né turbetur iurisdictio, vel iustitiæ executio impediatur. Et quando de iure id eis non liceret, consuetudo tribuit iurisdictionem non habenti cap. irrefragabili. §. excessus de off. ord. & cap. dilecti de arbit. facit quod Bald. tradit in cap. significasti in fin. de off. deleg. quod etiam in spetie probant idem Rub. & Aui. vbi supra.*

Præterea hæc nostra sententia aduersus Rubeũ
43 *& alios liquidò corroborari videtur ex verbis & contextura l. regni. 14. tit. 1. libr. 4. nouæ collect. quæ de captura laicorum deq; bonorum executione differens, in fine subiungit. Que la Yglesia inuoque la ayuda del braço seglar, igitur adcoadiuuandum solummodo inuocatio fieri debet, & l. 15. eiusdem tituli apertius loquitur ibi, saluo que quando los dichos juezes Ecclesiasticos quisieren hazer las tales prisiones y execuciones, pidan y demanden auxilio de nuestro braço real*

à nue-

à nueſtras juſticias. Igitur ipſi Eccleſiaſtici iudices ad talem executionem facere tenentur inuocato ad id brachij regalis auxilio, quod denotant verba illa quiſieren hazer &c.

Ex ipſaq́; verborũ vera æthymologia id etiã clare percipitur nam auxiliari non eſt idẽ quod per ſe principaliter facere, ſed aſsiſtere & adeſſe alicui illum coadiuuando, ſicq; inuocatorijs literis aduerſus rebelles & contumaces clericos eiſdẽ verbis & eodem ſtylo auxilium Regale imploramus, quin detur differentia aliqua inter vnam & aliam inuocationis formam. 44 Laicus inuocatione capius an in carcerem Regiũ vel Eccleſiaſticũ detrudendus ſit.

Nec oberit dicere, quòd miniſtri ſecularium iudicum virtute inuocationis ſolent etiam capere reos & in carcerẽ Regium mittere, quia hoc fit de conſenſu Eccleſiaſticorum propter faciliorem capturam, nam laici potius miniſtris inſignia Regia iuſtitiæ & familiam portantibus obedire aſſueſcunt, quàm Eccleſiaſticis fiſcalibus; quos ſpernere ſolent, vel quia non portant iſta inſignia iuſtitiæ, vel propter ſuam à iuriſdictione Eccleſiaſtica exemptionem, aut fit propter tutiorem reorum cuſtodiam quæ in Regijs carceribus habe-

tur, vbi omne vinculorum & cathenarum genus adest, & delinquentes sub fideliori custode detinentur. Nec iure fundari potest, vt ita capti in carcerem Regium mitti debeant, In grauioribus autem criminibus vbi fuga timetur credere quòd in Regijs carceribus possent detineri ad finē solũmodo irrogandi pœnam cōdignam, si à iudice forsam Ecclesiastico nō fuerit imposita. Quod nuper in quodā Hispano Duce qui de filiarum stupro coram Ecclesiastico iudice accusabatur practicari apud Madritium vidimus, tempore tamen quo fuit ab eo torquendus in carcerem Ecclesiasticũ missus fuit, vt inde expedita quæstione in carcerem Curiæ reduceretur, licèt huius condignæ pœnæ suplementũ nusquā practicari viderim, vel propter eius incertitudinem, vel quia secularis iudex non debet stare processui Ecclesiastici ad eam imponendā, aut quia ipse Ecclesiasticus iudex pronuntiare habet an pœna condigna fuerit imposita necnè vt ex supra relatis, nu. 33. satis deprehendi potest: nec obstabit dicere quòd Ecclesiasticus semper pronuntiabit pœnam fuisse condignā, nam sæcularis è conuersò si ad eum

pro-

*pronuntiatio expectaret etiam non fuisse condi-
gnam diceret, ex quo digniori cõpetit declaratio,
præsertim quia promptiora sunt iura ad absoluẽ
dum quã ad cõdemnandũ, nec reus debet duplici
pœna puniri aut super eodem delicto in duobus tri
bunalibus molestari vt iuris notissimi est. Secus
tñ esset quãdo pœna fuisset legalis vel statutaria
quia nõ opus est declaratione cũ ab ipsa lege taxa
ta sit pœna, à qua nõ est recedendũ in vtroq; foro.*

Postremò præmissis addendũ duximus, quod 45
*quidã Hispaniæ Præsules facere assuescunt, qui
(cũ ex consuetudine forsan legitimè præscripta
laicos capere propria auctoritate solebãt quæ ex
l. Regia. 15. tit. 1. li. 4. no. collecti. penitus abroga
ta est, tanq̃ introducta absq; scientia & patientia
Regis) auxiliũ postulare recusant, credentes ex
hoc præscriptã consuetudinem interrumpi posse.*

*Obsecro si Rex consuetudinem istã abrogauit,
quis eam custodire faciet? nonnè si absq; inuoca-
tione capias laicum spreta. l. huius decisione ipse-
met Rex eiusq; supremi Senatores eam custodi-
re vimq; auferre iubebunt. Vnde parum refert
discutere de iustitia vel iniustitia prædict. l. 15. si
ipsius conditor eã deniq; custodire, etiam in foro
Eccle-*

Ecclesiastico iussurus est. Profectò si retēta hac inuocādi opinione tanquā iuri & forensi praxi magis consentanea, sæculares iudices lubens & absq; retardatione & fraude aliqua suum impartirentur auxilium, crederem Ecclesiasticis iudicibus esse priuilegium satis honorificum, & captura absq; inuocatione præstātius, & laicis enim uerò hinc deterius contingeret, quia cautius & maiori turba apprehenderentur maioresq; expēsæ illis accrescerent, & duriori carcere oprimerētur. Vnde plerosq; vidimus laicos ab Ecclesiasticis iudicibus malle iudicari & in suū carcerem propria auctoritate detrudi, quàm inuocatione capi, & tot iurisdictionum contentionibus subijci in propriæ famæ dispendium ac honorum amissionem.

47 *Vlterius non abs re hoc loco quæstio illa discutienda venit, de qua sæpè dubitari vidi apud graues & eruditos viros, nunquid Ecclesiasticus iudex Regale supremorum iudicum auxilium inuocare queat? veluti Cācellariarū Regijq; Senatus. Et videtur dicēdū quod sic, quia doct. cōmuniter asseuerant in cap. 1. de offi. ordinarij & alij*

Supremorum iudicum auxiliū an inuocari queat à iudice Ecclesiastico.

quos

quos supra eod. §. num. 32. retulimus Ecclesiasticum iudicem censuris posse indistinctè compellere quoslibet sæculares magistratus vt officium suum ab eis postulatum impedant, nec vllam faciunt differentiam inter superiores aut inferiores iudices, imo superiores & ipse Princeps iurisdictionē Ecclesiasticā protegere potius astringuntur quam alij, & in proposita spetie hoc decidere videtur Redin. dict. tract. de mag. Princi. Verbo sed etiā per legitimos tramittes nu. 141.

Quod ex eo comprobatur, quia omnes Principes Terræ, & Cæteros homines Episcopis obedire beatus Petrus præcipiebat cap. omnes de maior. & obedi. & quia Episcopi debēt præesse Principibus cap. solitæ eod. tit. possuntq; Episcopi excōmunicare Principem suæ diocæseos, vt Bertach. docet in tract. de Episcopo. 1. par. 4. lib. nu. 16. & Princeps potest ab Episcopo iudicari non econtra cap. Imperator in fin. 96. dist. & cap. sacerdotibus. 11. q. 1.

Sed re longe melius examinata eatenus crederem hos Regios Senatores astrictos esse ad præstandum auxilium quatenus ab Ecclesiasticis 50 Qualiter supremi iudices auxiliū prestare teneantur.

V u exhor-

exhortantur, ac benignè requiruntur, absq; censuris & aliqua iussione, quia non obediendo, sed patrocinando & adiuuando Ecclesiasticam iurisdictionem prædictum auxilium impartiri tenentur, veluti quando Ecclesiastici inuocantur ab ipsis vt notat Bald. post Inno. in d. cap. 1. de offi. ordin. quos refert ac sequitur Aui. in cap. 20. de los corregidores glo. vsurpan. nu. 17.

51 *Et ex eo potissimum hoc comprobari videtur, quia Rex Catholicus Hispaniæ, eiusq; supremi Senatores vt omnes communiter fatentur ex approbata & antiqua consuetudine cognoscere possunt de violentijs Ecclesiasticorum iudicum quas subditis in iudicando quomodolibet intulerint, ob idq; indecens & ab omni ratione prorsus alienũ videretur quòd iudices supremi qui hanc superioritatem & præscriptam iurisdictionem aduersus Ecclesiasticos iudices exercent, censuris compellerentur ab eis, præsertim quia si in similibus inuocationibus vim aliquam supremis iudicibus inferant, ex prædicta consuetudine ab eisdemmet supremis iudicibus auferenda veniet.*

Unde

Unde similis compulsio & censurarum vsus nullius erit effectus.

Quod etiam ex eo corroborari videtur, quia Episcopi sub Rege sunt vt notat glosa in cap. tributum. 23. quæst. 8. & ad mandatum & vocationem Regis potius quàm Archiepiscopi venire tenentur, vt Ino. notat. in cap. cum parati de appell. & Alex. consi. 124. nu. 7. 1. vol. facit l. 13. tit. 3. lib. 4. compil. & latè resoluit Lancel. Cõr. in templo iud. lib. 1. c. 2. num. 9. 52

Hinc autẽ Regij Senatores in regalibus mãdatis Episcopos eorumq; officiales iubenda rogãt & licèt rogationes Principis præcepta sunt & mandata iuxta glo. in. l. 1. verbo quemadmodũ ff. quod iu. & notat Bald. in l. mandator, cap. quod cum eo. decentius tamen agitur rogando quàm præcipiendo maximè in non subditos, sin autem tertio de inobedientia constiterit imperãt eis, & crescente contumacia comparere compelluntur, & si opus est, patriam regnumq; & cuncta temporalia bona amittere cogũtur, ex supra dicta lege. 13. collecti. 53

Unde cum ipse iuridicũdo Ecclesiæ præfuerã

 simili

ſimili modo Regij Granatenſis Senatus auxiliũ poſtulaui, quod mihi libere impartitum fuit, in executionem tamen ſententiæ quam aduerſus quendam ſæcularem iudicem ipſe protuleram, quippe delinquentem ab Eccleſia extraxerat, & ſpretis Eccleſiæ cenſuris in ſuo carcere detinebat, eamq; ad ipſoſmet Senatores, Gran. pretorij (vt aiũt, por via dela fuerça) detulerat, qui mihi tan quã competẽti iudici remiſerant, vim nullam feciſſe declarantes quod in cauſis ſimilibus ſepius iã practicari vidimus.

Summaria ex cap. ſequenti.

1 *Copia totius proceſſus vnà cum dictis ac nominibus teſtium, regulariter reo decernenda eſt ad ſe defendendum.*

2 *Princeps defenſiones ſuas alicui tollere non poteſt.*

3 *Inuehit auctor aduerſus iudices qui accuſationis capitula abſque dictis teſtium inquiſitis tantùm decernere ſolent.*

4 *Dicta cum nominibus teſtium inquiſitis ædenda ſunt, etiam ſi per viam inquiſitionis procedatur.*

5 *Item ſi ſummariẽ procedatur & proceſſus vno cõtextu formetur.*

Item

6 *Item in criminibus ex incontinentia procedentibus.*
7 *Publicatio processus non est de eius substantialibus, est tamen de iustitia, & contra ius litigatoris.*
8 *In criminalibus actorum publicatio est de substantialibus processus, qua ommissa esset ipso iure nullus.*
9 *Defensio non est diabolo deneganda si in iudicio comparere potuisset.*
10 *Parti non petenti adhuc indiciorum copia decernenda est.*
11 *In causis arbitrijs, à denegata testium publicatione, nõ potest appellari ex sententia Menoch. quæ ab authore pellitur.*
12 *Pontifex ex causa iuri naturali derogare potest, eum limitando, distinguendo, siue interpretando.*
13 *Visitationis præcipuus scopus quis sit.*
14 *Verbis potius quàm verberibus Episcopus Clericum corrigere debet.*
15 *Non omnia in hoc sæculo vindicanda sunt, nec semper in eos qui peccant vindicta est exercenda.*
16 *In crimine hæresis non sunt publicanda nomina testium ex tex. in cap. fin. de hæred. in 6.*
17 *An ex eadem causa in qua tex. in d. cap. fi. fundatur in alijs criminibus præter hæresim, publicanda sint nomina testium?*
18 *In omni crimine præter hæresim, indistincte ædenda sunt nomina testium & testificata publicanda.*

19 *In inquisitionibus quæ de qualitatibus ac nobilitatè fiũt pro collegiorũ ingressu, aut pro sacerdotio dignitateuè aliqua militari obtinenda an testium publicatio fieri debeat?*

20 *Inquisito instante in prædictis causis testium examẽ repeti debere multis ostenditur rationibus.*

21 *Obijciens alicui verum occultumq́ conuitium, in foro animæ restituere tenetur, & quid in foro exteriori.*

22 *Pro honore sustinẽdo actione iniuriarum experiri, & armata manu resisti potest.*

23 *Vbicunq́ est quæstio honoris, dicitur ardua causa.*

24 *Honor adfert secum vtilitatem.*

25 *Interesse honoris est maius omni alio interesse & cunctis rebus præferendum.*

26 *Verecundum est honorem inultum relinquere.*

27 *Famam suam negligens peccat mortaliter.*

28 *Princeps non potest tollere alicui ius quæsitum, etiam si vtatur plenitudine potestatis.*

29 *Reus qui legitime interrogatus à iudice negat veritatem mortaliter peccat, nec venit absoluendus, donec veritatem propalauerit.*

30 *Inditiorum publicatio reo ante confessionem fieri debet vt in foro animæ veritatem dicere astringatur.*

31 *Iudicum vtriusq; fori error, in non decernenda reis iudiciorum copia ante eorum confessionem.*

32 *Nemo tenetur se prodere aut delictum proprium manifе*

nifestare, nisi notorium famosum aut semiprobatum fuerit.

33 *Ante reorum torturam fieri debet indiciorum publicatio, quia est actus grauissimi præiudity.*

34 *Non sufficit quod iudex ore dicat, esse delictum famosum aut semiplenè probatum, nisi reo eiusuê aduocato probationes ostenderit.*

35 *Iuramentum non esse recipiendum ab eo in quo datur periury præsumptio.*

36 *Nauarrus in manuali lati. cap. 25. num. 36. & . 39. defenditur ab impugnatione quorundam Theologorum.*

37 *Legumlatores clamant periurijs nõ esse viam aperiendam.*

38 *Probatio per testes sufficit ad aliquem condemnandũ.*

An in causis criminalibus, quæ summatim tractanctur, nomina testium vnà cum dictis eorum inquisitis sint publicanda ad se defendendum? Et quid in quisitionibus quæ de nobilitate aut qualitatibus fiunt?

Cap. 14.

Postquã

POstquàm egerimus de captura reorum, deq; inuocatione brachij sæcularis postulanda, hoc loco subnectere libuit quæstionē illam, de qua pas-
1 sim in foro Ecclesiastiastico cōtrouerti solet. Nū quid Ecclesiasticus iudex, post quàm processum informatiuum instruxerit, ac delinquentem ipsum examinauerit, teneatur illi totius processus copiam decernere, vnà cum dictis ac nominibus testiū, vt suas inde defensiones proponere queat?

Et dicendum videtur, quòd necessario de omnibus publicatio fieri debeat, iux. tex. sing. in cap. qualiter & quando el. 2. §. debet igitur de accusat. Vbi Innocen. 3. inquit & exponenda sunt ei illa capitula de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seipsum, & non solùm dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei publicanda, vbi Ioan. Andr. & Hosti. latè tradiderunt & latius Ana. ibi. num. 4. & Panor. in
2 cap. cum. I. & A. num. 11. de sentētia & re iudicata. Alias enim esset subtrahere inquisitis suas defensiones, quas Princeps tollere non potest Clem. Pastoralis de re iud. l. defensionis facultas C. de iur. fisci lib. 10.

Nomina testium vna cū dictis eorum inquisitis sunt decernéda

Verum

Verum enimuerò hac nostra calamitosa tempestate, quidam indocti Ecclesiastici iudices solummodò accusationis capitula, absq; dictis & nominibus testium, inquisitis decernere solent, autumant tumidi illustrissimis hæressum inquisitoribus iam assimilari, vel potius id faciũt, nè culpa ex processu resultans, testium repulsa, aut inquisiti defensionibus diluatur, vel à sententia quam iam fabricati sunt minimè dimoueantur. 3

Sed adeò verùm est quòd dicta ac nomina testium sunt publicanda, ac eorum copia inquisitis decernenda, vt etiã habeat locum, si per viam inquisitionis procedatur, vt resoluit Iul. Clar. li. 5. recep. §. fi. q. 49. num. 2. & testatur esse communem Cepol. consi. crim. 65. & 66. & Par. cõs. 2. num. 255. vol. 4. Quod procedere videtur, etiã si agatur per viam inquisitionis generalis, ad inquirendum de delictis & peccatis subditorum, veluti visitatores diocæsanorum facere solẽt, qui cum primùm ex generali inquisitione processum specialem contra aliquem formauerint, ei ædere tenentur dicta ac nomina testium vt se defendat 4

& exceptiones proponat, vt idem Iul. Clar. testatur vbi supra num. 11. nec vlla constitui debet differentia an procedatur ex mero iudicis officio an ad promotoris fiscalis denuntiationem, in quo nullum versatur dubium.

At verò quando summariè proceditur versa
5 *ri potius videbatur, veluti quando processus ita formatur, vt vno contextu accusationis capitula, vnà cum termino peremptorio ad se defendendum, & citatione ad definitiuam audiendam decernũtur, quia in causis summarijs, aliquibus videbatur manu Regia, & absq; iudicij strepitu posse procedere. Re tamen ipsa melius perpensa, contrarium verius videtur, nàm in similibus causis, quippè breuiores dilationes conceduntur, nominum publicatio ac testificationum decernenda est, & ita expressè cauetur in l. 1. & 4. tit. 1. lib. 8. nouæ collecti. aliàs ius defensionis inquisitis auferetur, quod iuri naturali repugnare videtur, & ex doctrina Bart. in extrauag. ad reprimẽdam vers. & figura num. 15. etiam in prædictis causis summarijs publicatio testium necessaria est, quem Purpu. sequitur in l. 2. nu. 86. C. de*

eden.

eden. & Soci.consi. 105. nu. 8. vol. 4. & Bologn. cons. 36. col. 3. quod maximè procedere videtur quando reus pro publicatione instat, vt Robert. Maran. in Spec. aduoc. docet par. 4. dist. 9. numer. 22.

6 *Nec dicere oberit quòd in criminibus ex incõtinentia prouenientibus, ex Concil. Trid. decreto sess. 25. c. 14. procedi debet sine strepitu & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, quia in hoc etiam ordine procedendi, defensio non est deneganda, nec publicatio processus ommittenda, aliaq; ordinis iudiciarij substantialia vt idem Bart. & omnes scribentes docent in dict. extrauag. & clem. sæpè de ver. signi.*

7 *Et licet publicatio testium non sit de substantialibus processus, sed de iusticia, ita quòd si ommitteretur, esset contra ius litigatoris, non tamen processus redderetur nullus, vt omnes communiter fatetur, quos refert ac sequitur Sebast. Van. de nulli. Rubr. de nulli. ex defectu senten. proced. numer. 40. & Maran. vbi supra, tamen*

8 *in causis criminalibus si ommittatur, processus esset ipso iure nullus, vt resoluit Iulius Clarus,*

lib. 5. recep. q. 48. in princ. ideò parti petenti nequaquàm sunt deneganda dicta ac ipsa nomina
9 *testium, tanquàm defensionis præcipuum fundamentum, quæ ipsi diabolo si in iuditio comparere potuisset, non esset deneganda, vt not. Imola in Clem. Pastoralis num. 52. de re iud. & Rota in nouis. 364. aliàs. 16. de dolo & contu. num. 3.*

10 *Quod adeò verum est, vt etiam parti non petenti, copia iudiciorum adhuc cum nominibus testium prorsus adenda sit vt idem Clarus resoluit quæst. 49. num. 4. Quod Menoch. confirmare videtur lib. 1. de arbitr. iud. q. 78. num. 5. dicens quòd quando proceditur per viam inquisitionis iudex tenetur dare copiam iudiciorum reo inquisito, etiam si iudex ex forma statuti habeat liberũ arbitrium vbi alios plures recenset hoc ipsum asserentes, licet idem Menoch. eod. lib. q. 33. indistinctè dixerit, in causis arbitrarijs prædictam testium publicationem non esse necessariam, nec de substantialibus processus, quod posset intelligi in causis ciuilibus, in quibus nil noui dixit, cum ex iã relata communi assertione, in causis ordinarijs id etiam habeat locũ, & à fortiori in arbitrarijs, vt ipsemet Patauinus fatetur qui dum num. 4.*

dixit

dixit quòd à denegata testiũ publicatione, in prædictis causis arbitrarijs non possit appellari, errore fuit lapsus, sumpsit enim argumentum ex doctrina Feli. & Anchar. qui affimarunt, ommissionem publicationis, non auferre partis defensionem ex decissione tex. in cap. fin. de hæret. in. 6. Vbi publicationem hanc remouet Pontifex, quã dicunt quòd remouere non posset, si defensionem contineret, quod parum vrgere videtur, nam id est speciale in crimine hæresis, vbi adhuc non denegatur testium publicatio, sed nomina ipsorum tantùm subticentur, quinimò quòd Pontifex ex causa potest iuri naturali derogare, eum limitãdo distinguendo, seu interpratando, vt omnes cõmuniter fatentur, & latè probat Lancel. Conr. iu templo iudi. libr. 1. cap. 1. §. 4. tit. ius natu. & gen. non tolli. num. 7. & ita Bonif. 8. in dict. cap. fin. ius defensionis ex iuxta causa limitauit. 11 Aduers. Meuoch. 12

Et quando in arbitrarijs concedatur, quòd actorum publicatio non sit de substãtialibus quæ reddunt processum nullum, est tamen necessaria & contra ius litigatoris, à cuius denegatione legitimè appellatur, vt resoluunt idem Sebast. Van.

& Mar. vbi ſupra, præſertim quia Menoch. pene omnes controuerſias tam ciuiles quàm criminales arbitrarias facere intendit, in quibus latas habenas iudicibus præberet, ad denegãdam actorum publicationem, ſi ab eius denegatione non appellaretur. Præterea Præſules aliquando eorũq; Viſitatores, in criminalibus controuerſijs, prædictam iuditiorum copiam viſitando denegare ſolent, quia breui manu & quaſi per tranſennam, viſitationis munus expediunt, & defenſionum terminos adeò breuiant & ad punitionem properant, in tantum ſubditorum grauamen & viſitationis contemptum, vt nondum terga dederint, & iam eorum mandata decreta aut quæ iudicata fuerint ſpernantur à ſubditis, ac pœnitus infringantur, ſolummodò enim ſubtractas pecunias deflent.

Quibus profectò lubens conſulerem, vt ſi ex generali inquiſitione quam viſitando formarũt ſubditos culpatos repererint, exortationibus & ad monitionibus vnumquemq; corrigant, & ad religionem pacemq; & innocentiam populũ accẽ
13 *dant, cũ hic viſitationis præcipuus ſit ſcopus, vt*

concil.

Conc. Trid. decretum docet sess. 24. c. 3. in qua correctione & admonitione facienda, non opus erit spetialē formare processum, nec testificationū copiā corrigendis præbere, quia verbis potius quā 14
verberibus, Episcopus Clericum corrigere debet, cap. Episcopum. 45. dist.

At verò si ad punitionem causa expostulante deueniendū fuerit, nil substantiale in procedēdo prætermittāt, ita vt nemò indefensus & absq; iudiciorum copia puniatur, & ex eò potissimum, quia ius & potestatem habent ex decisione Concil. Trid. Sess. 24. cap. 10. Tanquàm Sedis Apostolicæ delegati puniendi & exequendi quæ ab ipsis mandata aut iudicata fuerint, quin vlla querela appellatio aut inhibitio eorum executionem impediat, ex quo cautiùs procedendum est, ne alicui irreparabile damnum visitando inferatur, & quia melius aliquando est nocentem impunitum relinquere quàm innocentem damnare. l. absentem. ff. de pœn. eumq; innocentem dici, qui indefensus est. l. lex Julia. §. fin. ff. ad l. Julli. repetund. Et licèt aliquando contingat aliquem verè esse criminis reum, & verisimiliter suspicatur, iniustè & falsis forsan

testi

*testibus, se defensurum, non ob hoc defensionis iu
ra denegent, nec passim iudiciarium ordinem in
fringant, quia non excandescere debent aduer-
sus eos quos malos putant si iudicialiter eis non
constauerit vt ex verbis dictè l. obseruandũ. ff.
de offi. præsi. satis de præbenditur. & in memoriã
reuocent obsecro, Anacleti Pontificis decretum*
15 *in cap. si omnia, 6. q. 1. vbi si omnia (inquit) in
hoc sæculo vindicanda essent locum non haberẽt
diuina iudicia, nec semper in eos qui peccant vin
dicta est exercenda, cap. quod Episcopus, & cap.
ipsa pietas. 23. q. 4.*
16 *Cæterum non prætereundum est, quod in cri-
mine hæresis (vt supra tetigimus) nõ sunt inqui-
sitis ædenda nomina testiũ ex decisi. tex. in dict.
cap. fin. de hæret. in. 6. à quo nemo dissentit. Sed il*
17 *lud in dubium reuocatur, nunquid ex eadem cau
sa periculi, in qua tex. ille fundatur, in alijs cri-
minibus præter quàm hæreseos, possint Ecclesia-
stici iudices, accusatis denegare dicta ac nomina
testium, & videbatur dicendum quòd sic: quia
vbicumq; est eadem ratio, ibi debet esse eadem iu-
ris dispositio, l. illud. ff. ad. l. Aquil. & l. à Titio
ff. de*

ff. de verb. oblig. tenet in propria spetie Greg. Lopez in glo. l. 11. tit. 17. par. 3. At verò reipsa melius considerata contrarium dicendum videtur, nam hoc est spetiale in crimine hæresis, quia maior est pœna illius qui damnatur hoc crimine quā qui dānatur alijs criminibus, vnde propter hoc maius periculū testibus imminet, & si non testibus saltem causis fidei Catholicæ, & ita interpretatur prædictum tex. Domi. ibi in §. iubemus nu. 5. hoc ipsum asserit Abb. in cap. præterea de sponsa nu. 7. licèt pro cōtraria opinione eum falsò alleget Grego. Lopez in dicta. l. 11. part. Aduers. Gre. Lop. Gre. Lop. falso allegat Panormi.

18 *Itaq; concludendum indistinctè videtur quod in quolibet crimine præter hæresim, edenda sunt nomina testium & testificata publicanda. Quod ex eo potissimùm corroboratur, quia si testis sciret nomen suum & dictum subijceri, audacius diffamaret, audaciusq; deponeret falsū, vt Ana. not. in d. §. debet igitur nu. 4. in fine: quod inconueniens, ex mea sententia longè deterius est periculo, quod testibus contingere potest. Quod licèt notissimi iuris esse existimamus, animaduertere forsan opportebit, quod vbiq; nos praxis quoti-*

diana docet, (videlicet,) quòd aduersus potentiores, & in dignitate constitutos, potestatemq́, iudiciariam gerentes, & aduersus homines potissimũ linguosos & Tyrannos, si nomina testiũ veniũt publicanda, pœnitus veritatem propalare fugiẽt, vnde hos inultos passim relinqui vidimus, quo etiam vnaquæq; respublica plurimis scatet malis.

Hinc Redin de maiestate Principis verbo, sed etiam per legitimos tramittes à num. 147. cũ sequenti. defensat consuetudinem Regum Hispaniæ puniendi iudices ex summaria informatione testium, quin eorum copia inquisitis iudicibus decernatur, ex eo potissimum, quia testes pœnitus arcerentur à testificando, & in Republica scandala passim orirentur: quæ consuetudo & hispanica praxis eatenus mihi placet quatenus iudices qui visitationem seu sindicationem subire tenentur officia iustitiæ interim exerceant vel ad ea exercenda sindicatione expedita redituri sunt, secus si ab officijs pœnitus dimoueãtur: quia horum potentiam cõciues minimè timent imo facillimè in eos seuiunt & audatius testificantur vt

experi

expimẽto quotidiano docemur nihilq; tã tenerũ, tã mobile tã aut fragile & flexibile est quã volũtas erga iudices sensusq; populariũ, qui in rectè factis aduc sæpè fastidiũt vt inqt Cice. pro Milo.

Vt aũt materiã hanc prosequamur resoluẽdũ superest, an scilicet testiũ publicatio fieri debeat, in inquisitionibus quæ de qualitatibus ac nobilitate fiunt, pro collegiorũ ingressu, aut millitari dignitate vel Ecclesiastica obtinẽda? & q̃ deneganda sit, satis abunde defensat ipse Redin vbi supra nu. 199. cum sequent. prout eum refert ac sequitur Olan. Anti. lit. T. nu. 26. Quorũ opinionẽ Hispaniæ praxis admisit, quæ eatenus mihi placet, quatenus inquisitus tacuerit, & non instauerit petendo quòd testium examen repetatur. 19

Nam quo iure quaq; ratione fundari potest, vt alicuius præclarissimum genus, nulla forsan ignobilitatis agarenorum iudeorũuè macula fœdatũ perpetuò diffametur, hac præsertim ætate, in qua maleuoli quidã, ne dicã inuidi sunt homines, quorum ministerio Sathan ipse vtitur, ad homines nobilissimos & claris genitos parentibus diffamandum, qui cum primùm comper- 20

tum habent ſuarum teſtificationum publicationem eſſe ſubticendam, linguas ſuas ſicut ſerpentes acuunt, & vt ſupra ex Anania diximus, audacius diffamãt, audaciusq; falſa teſtificantur: qui etiam publicitus proclamare ſolent, quòd neminem præpter ſolum Principem nobilem agnoſcant quinimò ſi ſub ſecreti ſigillo & abſq; publicatione hi teſtes aſſumãtur.

Nonnè aliquibus certò certius conſtare poterit, parentibus auiſq; & proauis, omni ſanguinis nobilitate ac virtute perornatis, qualibetq; infectæ nationis labe carẽtibus eſſe progenitos? Qua igitur de cauſa ſi hi falſo infamati, tanquàm canes acerrimi proclamauerint, inſtauerintq; pro veritate eruenda non eis nomina teſtium publicanda erunt, aut ſaltim teſtificata, vel iterũ atq; iterum inquiſitio repetetur? Si enim pro eruenda inquiſiti labe proauorumq; macula detegenda exacta (vt decet) fit inquiſitio, quid ni fiet pro ea diluenda ſi falſa ſit ac falsò dicatur impoſita? cum promptiora ſint iura ad abſoluendum quã ad condemnandum.

21 *Quot homines quæſo huiuſcemodi in Hiſpania*

nia difamatos agnouimus qui habita falsitate ac verius inquisitione repetita in pristinum sunt honorem restituti? Praeterea si obijtiens alicui verū aliquod conuitium, si occultum est, in foro animae restituere tenetur iux. S. Thom. communiter receptum. 22. q. 62. art. 2. & in. 4. dist. 15. q. 2. art. 5. & in foro exteriori etiam si non sit occultum tenetur actione iniuriarum ac seuerè coercendus venit, vt latè resoluit Anto. Gomez var. 3. to. ca. 6. num. 2. & Iul Clar. lib. 5. recep. §. iniuria nu. 1. & sequenti. & si in scriptis inferatur, est famosus libbellus & crimen pœna capitali plectendū per. l. vni. C. de famo. lib. & ibi doct. & Ant. Gomez notat vbi supra cap. 6. in prin.

Quare igitur si testis in re adeo ardua falsum deponat, non esset accerrimè puniendus? cùm eius dictum magis infamat, quàm quodlibet verbale conuitium, vel famosus libbellus in platearum marmoribus affixus, cùm inde facilè obstrahi ac deleri potest, & temporis transcursu obliuioni tradi & similiter verbale conuitium. At verò testimonium falsidici testis in actis redactum, perpetuò manet, indelebileq́; inducit infamiā.

Veruntamen punitionem hinc non intendimus, nec vindictam testium desideramus, sed iniuriam & falsitatem ex testificatione procedentem ciuiliter propulsare, & quòd eo ordine fiat,
23 *vt veritas elucescat & honor illæsus maneat, pro quo sustinendo actione iniuriarum agi potest vt probat Bal. in. l. obseruare. §. antequàm. ff. de officio proconsulis, & armata manu resisti potest, & alium occidere, veluti, pro defensione vitæ, vt Petr. Gerar. probat in sing. 33. Et vbicumq; est*
23 *quæstio honoris dicitur esse ardua causa per tex. in ratione sui in. l. si inimicitiæ in fi. ff. de his quibus vt indig.*

24 *Et honor præterea adfert secum vtilitatem l. longius in fi. ff. de iuditijs, præsertim in proposita spetie, in qua non solum obtinendarũ dignitatũ ingentem adfert vtilitatem, imò innumerabilia commoda & autoritatis pondus inquisitis eorũq; successoribus inde proueniunt. honore aũt huius modi læso, non solum prædicta eisdem inquisitis, filijs & hæredibus suis, verumetiam omnibus ex illa progenie procedentibus auferuntur, & status ruina, ac mille incommoda inde sequuntur.*

Unde

Unde Aristot libr. 2. OEcon. cap. 2. ait, multò grauius fert aliquis quòd honore suo priuetur, quã si bona sua ei auferantur. Et l. Julianus. ff. 25
si quis omis. caus. test. censuit, interesse honoris esse maius omni alio interesse, atq; cũctis rebus præferendum.

Nonnè Dominus cum à diabolo tentaretur pertulit, donec Zabulon diuinum tetigit honorẽ? cui tunc respondit vade retrò Sathan, non tentabis dominum Deum tuum &c. Quid ni miser homo suum atq; suorum non defensabit honorẽ? siquidem verecundum est honorem suum inultum relinquere vt dicit tex. in. l. miles. §. socer. ff. de adul. Quo circa Diuus Thomas quodli. 27
10. quæst. 6. arti. 13. admonet, eum peccare qui famam suam negligit. Unde Plautus ille comicus in Moste. inquit. Ego si bonam famam mihi seruassem, sat ero diues, & August. de ope. monach. dixit, nil esse misericordius, quàm bonæ famæ consulere, & Eccles. 41. scriptum est, curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanet tibi, quàm mille thesauri.

Quod

Quod etiam ex eo comprobatur, quia Princeps non potest tollere alicuiius quæsitum, etiam si vtatur plenitudine potestatis, sicuti post multos resoluit Crauet. cons. 5. num. 10. & cons. 7. nu. 10. & cons. 103. num. 3. quem refert ac sequitur Menoch. cons. 103. nu. 68. & in spetie honoris probat Lancel. Conrra. in templo iudicum lib. 1. cap. 1. §. 4. q. 16. nu. 3. præsertim si id fiat absque causæ cognitione, quæ à iure naturali procedit, quemadmodum docuit Bald. in. l. iudex. C. com. epist. Minus igitur poterit honorem iam quæsitum & ab antiquo radicatum, alicui inaudito atque indefenso auferre, ex testificatione forsan falsidici testis.

Et ex eo etiam fulcitur hæc sententia, quia ex doctrina Feli. post Fran. & Areti. in cap. cum venissent, de testibus causæ status seu infamiæ causæ criminali & corporali æquiparãtur in quibus defensio non denegatur vt notissimi iuris est.

Et postremò ita obseruandum cõsulerẽ, quia durum nimis ac penè inhumanum videtur, ab omnique ratione prorsus alienum, hoc hominibus denegare, præsertim nobilibus, aut in dignitate consti-

constitutis, vel rem iudiciariam agentibus, hisuè de quorum qualitatibus semel vel amplius inquisitum fuit, & probati fuerunt inuenti: hi enim vt plurimum ab alijs inuidia prosequũtur, & calũnijs insectantur, & sunt positi tanquam signum ad sagitas, quorum progenies, inimici eorum aut inuidi plebei, ab antiquo ita dijudicare præsumunt, vt ab Adam velint deducere originem, non vt veluti antiquiorem & nobiliorem commendent, sed, vt alicuius falsi nominis vel cognominis sumpta occasione calumniæ aliquid introducant, præsertim in locis vbi factiones vigent, quarum inuidia præcipuum est fundamentum.

Unde nemo mortalium qui domus suæ statũ & dignitatem augere contendit, se credat à simili calumnia tutum, vt huius sententiæ contrarias vellit assumere partes. Plerosq; iam vidimus qui in se nimium confidebant & generis sui claritatẽ illæsam & intactam esse putabant, quam postmodum calumniantium insidijs periclitantem prospeximus.

Nec dicere oberit quòd testes inde deterrẽtur vt de cætero veritatem propalare recusent prop-

ter periculum quod ab inquisitis eis sequi potest, cui & si iam relatis satisfactum videbatur, facile est iterum respondere, nempè, quod testium nomina (si expedire vissum fuerit) occultētur, dicta autem eorum solummodò publicētur, vel in quo defectus consistat inquisito detegatur, vt errori vel falsitati occurratur, vel inquisitionem repeti iubeatur, quia si legitimè, inquisitus non satis fecerit, magis sibi nocet, magisq; infamatus recedet, turpiusq; eijcitur quā nō admittitur hospes.

Nec credendum est, tanto tamq; graui se periculo expositurus, ni rei veritatem, accuratè & diligētissimo studio prius indagauerit, præsertim quia nemo (vt cōpertissimum est) maculam certius agnouit quam ipsemet maculatus, atq; periculum quod ab inquisitis, testibus euenire potest, longè leuius est audacia, quam ex subticendis dictis & nominibus eorum, prædicti testes sumere solent, ad falsè confusè ac temerè deponendum.

Nec ea consuetudo huic similis est quam Rhedin vbi supra approbare videtur, quia ea singulares iudicum personas respicit, & rei iuditiariæ ini-

iniquam administrationem, & nimirum si iudi ces non facta testiũ publicatione puniãtur, quod in casu nostro deficere videtur, nam non solùm personas ad militiam siue ecclesiam ascendere cupientium, verum etiam totius generis & posteritatis claritatem vel maculam, nobilitatem aut ignobilitatem respicere compertissimum est, nilq; iniquè factum circa iustitiæ administrationem consideratur.

Cæterũ pro huius materiæ cõplemento, nõ prætereundum est, quod si reus inquisitus, de delicto vel ipsius delicti consocijs, à iudice sit ritè interrogatus, si delictũ est notorium aut semiplenè probatum, vel adsunt inditia vrgẽtia, ex quibus torturæ subijci potest, debet in foro conscientiæ sub peccati reatu verũ cõfiteri, aliàs nõ est absoluendus, vt oẽs tã Theologi quàm canonistæ cõmuniter fatẽtur, quos referũt eãdẽ sequẽtes Nauarr. in manu. c. 25. num. 36. & Anto. à Corduba in quæstionario de casos de cõciencia. quæst. 65. & Anton. Gomez. 3. thomo variarum. cap. 12. num. 5. & Greg. Lopez in l. 4. tit. 29. p. 7. gloss. magna. 29

Quocirca ſummoperè aduertendũ eſt, quòd
30 *indiciorum & ſemiplenæ probationis copia reo adenda eſt, vt inde veritatem propalare aſtringatur, aliàs enim regulariter non teneretur verum dicere, vt idem Nauar. probat vbi ſupra eodem cap. num. 36. & num. 42. & Caiet. 22. q. 69. & Sot. de rati. tegen. & detegen. memb. 2. & vterq; Tho. 22. q. 69. arti. 1. & 2. omneſq; id communiter fatentur.*

Vnde crederem omnes vtriuſq; fori iudices
31 *in hoc errare, quia nũquàm iudiciorum copiam delinquentibus decernere ſolent ante eorum confeſſionem recipiendam, ex quo inquiſiti ex ſupra citata communi reſolutione, iuſtè poſſent veritatem in iuditio denegare, & meritò quidem, quia*

Error iudicum vtriuſque fori.

32 *nemo tenetur ſe prodere & delictum proprium manifeſtare. l. 1. ff. de bonis eorum qui ante ſen. mor. ſi. con. l. tranſigere C. de trãſact. niſi delictũ fuerit famoſum notorium aut ſemiprobatum, vt omnes quos ſupracitauimus communiter fatentur.*

Quod licèt in foro animæ locum ſolummodo obtinere videatur vt ex iam relatis manifeſtè apparet

paret

paret, in foro etiam exteriori eundem necessariò effectũ obtinere debet, quia agitur de veritate eruenda, quã omnes inquisiti occultare curabũt, si in animæ iudicio fore tutos certò sciant, nã quis adeò erit insanus, vt veritatem quam sine peccato & periurij incursu propalare non tenetur iudici manifestauerit.

At verò quando reus torturæ subijciendus est, necessariò fieri debet indiciorum publicatio, quia tortura est actus grauissimi præiuditij, vt resoluit Anto. Gomez. 3. to. var. cap. 13. num. 21. quod forensis praxis recepit, nec crederem quod indiciorum publicatio fit in iudicio torturæ vt ratione peccati facilius reus verum dicat, sed ratione præiuditij quod in tortura inest. 33

Præterea vt Reus constituatur in mala fide ad veritatem iudici propalandam, non putarem sufficere quòd ipse iudex verbaliter illi dicat delictum esse notorium aut semiplenè probatũ quin iudiciorum copia ipsi reo eiusue aduocato decernatur, nam verbo iudicis non statur nisi quatenus legitimis documentis probauerit, cap. quoniã frequenter de probati. 34

Proinde cum hāc iudiciorum publicationem (tūc temporis faciendam) in foro exteriori iure aliquo non probatur, nec esse videtur de ordine iudiciario, imo si fieret posset sequi subornationis occasio, & ex supra relatis adeò videtur necessaria, vt iuramentum quod absq; ea recipitur nullius momenti esse videatur; consulerem omnibus auctoritatem iudiciariam gerentibus, vt vel iuramentum hoc recipere omittant si periurij occasionem allaturum esse suspicatur, siquidem non est recipiendum ab eo in quo datur periurij præsumptio.c.clericos de cohabit. cleric. & mulie. & Abb. ibi.num. 2. & clarius probatur in
35 *authent. de nuptijs. §. nos igitur, vel eum recipere differant, vsque dum copia actorum iure permittente sit reo decernenda ad se defendendum, quia tūc subornationis suspicio cessare videtur. At nè amplius in hoc immoremur, discretus iudex omnia hæc perpenso iudicio discutiet vt tutiorem viam eligat.*

36 *Præterea Nauarrum virum eruditissimum nec reprehensione dignum hoc loco defensare libuit à quorundam impugnatione, qui sibi ipsi con-*

Defensio Nauarri.

contrarium fuisse ac palinodiam recantasse dicunt, dum in manuali. lati. cap. 25. numer. 36. postquàm ibi dixerat, quòd si criminis reus (iuris ordine seruato) interrogatus fuerit à suo iudice & veritatem non fateatur, etiam si sit crimen morte plectendum peccat nec absoluendus venit, quatenus in animo sibi fuerit verū non fateri. Et num. 38. eiusdem cap. respondēdo ad noue quæsitū dixit. quòd si ritè interrogatus negauit delictum quod confiteri tenebatur & nihilominus damnatus ducitur ad suppliciū, non teneri ad confitendum illud, nisi notabile aliquod damnum inde alicui probabiliter sequeretur, cùm ad eius animæ salutem sufficiat iusta confessio cum absolutione sacramentali. En quomodo Nauarr. dicto numer. 36. ritè interrogatum negantem ad peccati reatum obligauit, nec dignum esse sacramentali absolutione censuit, & dict. num. 38. totum contrarium asserere videtur.

Verumenimuerò si Nauarri verba ac eorum vim rectè perpendantur, non fuisse aliquo

errore

errore lapsum nec contraria dixisse necessariò fatendum est, nam postquàm quis legitime interrogatus à iudice veritatem negauit & tandem dãnatus ducitur ad supplitium, non tenetur amplius verum fateri, quia confessio iam nullius erit momenti siquidem ipse reus post negationem de delicto conuinci poterit, vel ante forsan iam conuictus aderat, & iure permittente condemnatur duciturq; ad supplitium, quo tempore confessio nil operabitur, quam iudex adhunc finem recepit, vt delicta nõ dũ testibus cõprobata ex confessione rei verificentur, qa expedit Reipublicæ ne remaneant impunita. & cũ primũ ex legitimis probationibus condẽnatio iustè fit, nõ opus est cõfessione rei ad legitimandam condemnationem, nisi aliquod notabile damnum ex denegatione veritatis alicui sequatur, quod ex qualitate causæ percipietur, quia tunc verùm confiteri tenetur vt idem Nauar. vbi supra limitando prædictam conclusionem fatetur, ex qua limitatione veritas ipsius Principalis conclusionis satis elucidatur. Quidquid in contrarium adduxerint eruditissimi

ſimi Patres Bartho. de Medi. in inſtructi. cõ-feſſorum cap. 14. §. 35. & Anto. de Corduba, in ſuo queſtionario. q. 64.

Aduers. M. di. & Antoni. à Corduba.

Quod etiam ex eo comprobatur, quia iuramentum calumniæ, quod per iudicem ex officio recipitur à reo, non videtur eſſe de ſubſtantia ordinis iudiciarij, cum eo ommiſſo proceſſus non reddatur nullus, Imo Ant. Gomez. 3. to. variarũ cap. 12. num. 5. Regi noſtro conſulendum eſſe proclamat, vt publicam & communem legem cõderet, qua caueretur, quòd in cauſis criminalibus ingerentibus pœnam ſanguinis, non poſſet iudex petere à reo tale iuramentum, propter euidẽtem occaſionem periurij, omnesq́; legumlatores clamant, non eſſe periurijs viam aperiẽdam, l. 1. C. ſi aduerſus vend. cap. 1. de his quæ vi metusué cau. fi. cap. ſi vero de iure iur. Et Feli. in cap. Apoſtolicæ num. 2. de excep. inquit, iudicem homicidam fore, cùm veriſimiliter peieraturo iuramẽtum defert. 37

Quocirca ipſummet Nauar. per epiſtolam Romæ conſuluimus, & noſtræ cõſultationi gratiſsimum ab vrbe miſsit reſponſum approbans di

ctam defensionem ex eisdem iuribus & rationibus à me supra aductis, gratiasq; pro defensione quàm plurimas egit.

Nec oberit dicere, quòd ex denegatione veritatis fit iudici interroganti iniuria, ex eo quia cõfessus & conuictus iustius condemnatur, nec auditur appellans l. 2. C. quorum appella. non reci. Resoluit Iul. Clar. lib. 5. receptarum. q. 94. in princ.

38 *Nam probatio per testes sufficit ad condemnationem vt resoluit Gomez dict. 3. to. cap. 12. num. 9. Et pro iudice semper præsumitur quòd præcedentibus legitimis probationibus reum condemnauerit, & contra iuris præsumptionem nõ est admittenda contraria vulgi præsumptio. Et vt praxis quotidiana docet, fermè omnes quotquot deliquerunt conuicti potiusquàm confessi passim condemnantur, nec iudici ob id iniuria aliqua irrogatur, quam cum ius ipsum non considerauit, nec nos eam considerare debemus.*

Summaria ex cap. ſequenti.

1 *COncilij Trid. decretum de reformatione matrimonij an comprehendere videatur ſponſalia de futuro, ſicuti comprehendit matrimonia ipſa, per verba de preſenti contracta?*

2 *prohibito matrimonio prohibentur etiam ſponſalia, tanquâm præambula ad matrimonium.*

3 *Omnia quæ inſunt in l. interpretata locum habere videtur in l. interpretante.*

4 *Conci. Tri. decretum comprehende re valet ſponſalia de futuro, quatenus ſponſi monendi ſunt non tamen cogendi.*

5 *Matrimonia libera eſſe debent ab omni coactione.*

6 *Sponſus ex rationabili cauſa non eſt cogendus, & quæ dicatur rationabilis cauſa.*

7 *Lites & iudiciorum ſtrepitus, in admonitione facienda protinus omittendi.*

8 *Matrimonia debent eſſe libera etiam ab omni eo quod poteſt præſtare impedimentum ad tempus.*

9 *Mirabiles admonitionis effectus ſi abſq; lite fiat.*

10 *Iudices & eorum officiales ægrê ferunt matrimoniales lites poſt Conci. Trid. à foro eſſe exterminatas.*

11 *Sponſalia de futuro ipſo iure diſſoluuntur per*

matrimonium verbis de præsenti contractum, quin opus fuerit iudicis auctoritatem interuenisse.

12 *Non peccat sponsus qui iudicis Ecclesiastici licentiam non postulauit ad contrahendum cum alia.*

13 *Sponsus in foro animæ qualiter sponsalitiam promissionem adimplere teneatur? remissiuè agitur.*

14 *Mutua vtriusque promissio in sponsalibus requiritur, quia vnius tantum non obligat in vim sponsaliorum sed simplicis promissionis.*

15 Sponsus non potest instante sponsa iudicialiter compelli, ad contrahendum per verba de præsenti, quia non se tempore astrinxit.

16 Secus si in sponsalitia promissione tempus fuerit appositum, quia expectandus est vsque ad illud tempus.

17 *Tempore elapso obligatio perimitur, quia appositum videtur ad limitandam obligationem.*

18 *Iudex ex officio si periculum fornicationis viderit imminere, poterit terminum præfigere.*

19 *Tempore elapso non liberatur sponsus ab obligatione adimplendi promissum, ex sententia Cauar. contra Præpositum.*

20 *Differentia Couarr. & Præpo. ab auctore conciliatur.*

21 *Matrimonia clandestinè contrahentes an post Concil. Trid. decretum legalibus pœnis plectantur?*

22 *Ex sententia Ludo de Moli. de Primogen. Hispan.*

puni-

puniri, vtique possunt.

23 *Contrariam aduersus Lud. de Mol. defendit auctor.*

24 *Dispositio pœnalis non habet locum quando contractus propter quem interponitur est de iure nullus.*

25 *L. quæ prohibet actum fieri deinde procedit ad imponendam pœnam, si pœna exigatur actus remanet validus.*

26 *Pœna quando imponitur à lege, ipso iure non incurritur, nisi delictum fuerit consummatum.*

27 *Qualiter verba Conci. Trid. intelligenda sint, quibus clandestinè conorahentes grauiter arbitrio ordinarij puniri præcipitur?*

28 *Ignoranter matrimonia clandestina contrahentes, excusari videntur â pœna.*

29 *Pœnæ l. 49. Tauri post Conc. Trid. locum non habe re videntur.*

30 *Matrimonium hodie contrahentes coram parrocho & testibus, spretis tamen denuntiationibus, vel non omissis legitimè, pœnis legalibus puniri possunt.*

31 *Mtrimonium in facie Ecclesiæ ante Concil. Trid. celebratum, sine præuijs tamen denuntiationibus, clandestinum nō reputabatur.*

32 *Post Concil. verò Trid. contrarium ex sententia auctoris asserendum est.*

33 *Contrahentes matrimonium in gradu prohibito, spretis tamen denuntiationibus, etiam si ignari impedi-*

menti sint, separari debent, & spe dispensationis carere.

34 *Parrochus qui spretis denuntiationibus matrimonium celebrauit, ab officio & beneficio suspendendus venit:*

35 *Filios vel filias qui spretis denuntiationibus contraxerunt, à parentibus exhæredari posse ostenditur.*

36 *Sot. & Alfo. à Ueracruce errore lapsi, dum. l. 49. Tauri simpliciter intellexerunt, quando filia sine patris consensu contraxerat.*

37 *Couarr. errore etiam lapsus dum dict. l. 49. Tauri intellexit quando matrimonium contrahitur clam simul & absq; parentum consensu,*

38 *L. Ciuilis potest dispenere super accidentalibus, non tamen super substantialibus matrimonij.*

39 *Matrimonium post Concil. Trident. legitimè contractum, si propter occultum impedimentum postea reperiatur nullum an sublato impedimento per dispensationem, ex mutua cohabitatione conualescat?*

40 *Et an sublato impedimento sufficiat vt vir & vxor præstito nouo consensu interesse contrahantur.*

41 *Matrimonium quod propter aliquod impedimentum*

tum

tum reperitur nullum iuris interpretatione transijt in sponsalia de futuro.

42 *Sub contractu matrimonij etiam sponsaliorum conuentio comprehenditur.*

43 *Sponsus in hoc casu non est monendus, sed exactissimè cogendus.*

44 *Episcopus etiam ex vrgenti causa necessitatis non potest dispensare, vt matrimonium contrahatur absque parrocho, & testibus.*

45 *Papa potest dispensare, vt matrimonium absque parrocho & testibus celebretur.*

46 *Parrochus quis proprius censendus erit.*

47 *Uterque contrahens ratione connexitatis fit vtriusque parrochii subditus.*

48 *Licentia ordinarij aut parrochij quæ concedi solet alijs sacerdotibus ad celebrandum aliquod matrimonium debet esse expressa, & non tacita ex permissione.*

49 *Proprius parrochus potest extra territorium suos parrochianos licitè coniugere.*

50 *Archiepiscopus vel alius sacerdos de eius licentia an possit subditos suffraganeorum suorum matrimonio nio coniugere?*

51 *Matrimonium post Concil. Trid. cōtractum corā parrocho & testibus inuitis & contradicentibus an validum reputetur?*

An

52 *An verba illa in decreto Conci. posita, Ego vos coniungo, sint necessario proferenda, vel sint de essentialitialibus matrimonij?*

53 *Testes in causis matrimonialibus, non requiritur vt sint rogati.*

54 *Testes vt cumq; coacti & cõtradicentes si matrimonio intersint, idonei sunt, nec per hoc matrimonium annullatur.*

55 *Idem dicendum videtur de presentia parrochi, quæ sola & intellectualis tãtum requiritur, ad approbationem cõiunctionis.*

56 *Sententia à iudice inuito prolata valet & tenet, dum sic iudicare non compellatur.*

57 *Parrochus matrimonijs contrahendis præsens adesse debet tanquàm persona publica approbans & auctorizans coniũctionem.*

58 *Abesse vel adesse & nolle consentiri, in iure æquiparantur.*

59 *Testes ex decreto Conci. Trid. requisiti an possint esse fœminæ, aut contrahentium consanguinei aut olij nõ idonei?*

60 *Testes minus idonei validi reputantur quando agitur de solemnitate matrimonij probanda.*

De

De analytica matrimoniorum praxi in foro ſeruanda poſt Concil. Tridẽt. decretum. Seſsi. 24. cap. 1. de Reforma. Matrimonij. Cap. 15.

SAnctiſsimè profectò ac maturo cõſilio Sacroſancta æcumenica Tridentina Synodus Seſs. 24. cap. 1. de reform. matrimonij coniugia irritauit, quæ in poſterum contracta fuerint, abſq; forma & ſolemnitate in dicto canone proſcripta, & hac vtiq; ſanctiſsima deciſsione innumerabilibus peccatis damnis iurgijs & ſcandalis, (vt experimento quotidiano docemur) obuiã hucuſq; itum eſt, quæ etiam à foro potiſsimũ Eccleſiaſtico importunas lites exterminauit, earumq; anfractus ſuccidit, licèt aliqua dubia adhuc in eo verſentur, quæ velociori calamo hîc elucidare placuit.

Et primùm illa quæſtio enucleanda accedat, quæ paſsim in vtroq; foro verſatur, nũquid prædicta Concil. Tridentini conſtitutio comprahen 1

dere videatur sponsalia de futuro sicuti compræhendit ipsamet coniugia per verba de præsenti cõtracta, quam quæst. Nauarr. in manual. lati. c. 25. num. 144. & Frat. Ant. à Cordu. in quæstionario de casos de conscientia, quæst. 52. tetigere, qui intrepidè asseuerarunt, sponsalia de futuro nullatenus compræhendi sub dicta Concil. Trid. probibitione, & omnes tam theologi quàm canonistæ hanc partem veriorem esse affirmant adq; ita iam declaratũ est ab Illustrissimis Cardinalibus congregationis Concil.

Licèt Ioan. Andre. & Abbas Panor. in cap. cum inhibitio de clandest. despon. numer. 6. & Præpo. ibi, num. 5. & Syluest. verbo matrimonium. 6. q. 7. num. 5. per tex. & glo. in. l. oratio, ff. de spons. dixerint, quòd prohibito matrimonio prohibentur etiam sponsalia, tanquàm præambula ad matrimonium, ex eo nempè quia prohibito aliquo probibetur omne id per quod deuenitur ad illud. l. quod debitum, ff. de pact. & l. ad rẽ mobilem & l. ad legatum ff. de procur. quo motiuo & alijs plurimis fundamentis hanc sententiam cum Panormit. & Præpos. asseruere

Dida

Didac. del Castillo in l. 49. Tauri vers. matrimonium. Et Gregor. Lopez in l. 1. tit. 3. p. 4. glo. que los desposen.

Quod ex eo fulciri videtur, quia si sponsalia firma, & valida post Concil. Trident. permanerent, facilius quidem ac magis clanculùm contrahi possent, quàm ipsamet coniugia de præsenti & finis in dicto canone Concilij prætensus pœnitus esset explosus, nã damna omnia quæ ex clandestinis matrimonijs olim oriebantur, quare censet l. 5. tit. 3. part. 4. vtiq; reuiuiscerent, & tanquam canes ad vomitum reuerteremur, & hac via possent pœnæ legales aduersus clandestinè contrahentes inflictæ, facillimè defraudari.

Et præsertim hoc fulcitur, quia Concil. Trid. decretũ inhæret vestigijs cap. cũ inhibitio de clandest. despons. proceditq; eũ renouando interprætandoq; & addendo. Omnia autem quæ insunt in. l. interprætata locum habere videntur in l. interprætante, vt per Bart. in l. Prætor. §. erit quod, ff. de vi bon. raptor. Et 3

Aret.consi. 50.num. 10. Sed. doct. in dict. cap. cum inhibitio communiter interpretãtur eius dispositionem ad sponsalia etiam extendi, igitur Concil. Triden. decretum locum habebit in sponsalibus. Quam sententiam audaciter defendit Albornoz in tracta. de arte de los contractos li. 4. tit. 1.

4 *Veruntamen re ipsa longè melius examinata & supradictis non obstantibus, à prima opinione non esse recedendum putarẽ, quatenus sponsi nequaquàm cõtrahere iudicialiter compellantur, cùm potius monendi sunt, quàm cogendi, iuxta tex. sing. & ibi communiter scribentes in cap. Requisiuit de sponsa. sequitur Couarr. in. 4. 1. par.*

5 *cap. 4. num. 5. & Domi. Franci. Sarmien Selectarum lib. 1. cap. 5. num. 5. similes enim coactiones difficiles solent exitus habere, vt idem tex. cõstituit, atq́; matrimonia libera esse debent ab omni coactione, adeò vt Couarr. vbi supra num. 4. adnotauerit ex Hosti. Anto. & Prepto. in cap. fin, de sponsa. Ecclesiam nec velle nec posse, matrimonium aliquod constituere sine consensu eorum qui coniugendi sunt, quia impediretur*

finis

finis ad quem tendit matrimonium, si aliqui ab Ecclesia inuiti coniugerentur, quod etiam & nõ inerudite tradit Alfon. à Veracruce, vir quidẽ doctissimus & probatissimus, in sacra Theologia eminentissimus, & in iure versatus in Specu. coniugi. 3. par. art. 2. apendi. 1. notab.

Nec oberit tex. in cap. ex literis. 2. de sponsa. Ubi sponsus monendus est, Tamen si monitioni non paruerit Ecclesiasticis censuris cogendus venit, quia omnes doctores ibi & in dict. cap. requisiuit concludere videntur quòd non est exactissimè cogendus, idq; nouiores fatentur.

Quod ex eo probatur, quia si rationabilis causa subest, omittenda est compulsio, vt idem tex. 6 *probat in dict. cap. ex literis in fi. cũ quo cõcordat l. 7. ti. 1. par. 4. & quæ dicatur rationabilis causa relinquitur arbitrio iudicis, veluti si sponsus odio prosequitur sponsam, & è conuerso vel si timetur adulterium seu inimicitiæ inter partes vel quid simile, vt eleganter resoluit Panor. in dict. cap. requisiuit num. 4. & . Prepo. ibi num. 2. nec vsquàm similes causæ desunt cùm ad compulsionem & lites quietis humanæ perturbatrices deuenitur.*

Quibus ſic prænotatis, diſcreti iudicis erit poſt Concil. Trident. decretum, deſiſtere prorſus à coactione: nam ſi poſt longam & importunam litem, immenſasq; litigantium expenſas, à prædicta coactione deſiſtendum eſt, & excommunicatum etiam non petentem abſoluere tenentur iux. ſententiã Ioan. Andr. Prep. & aliorũ, in d.c. qd ni à principio & in limine iudicij fiet, vt cũq; probatũ ſit? præſertim, qa ſtatim iudici conſtare facilè poteſt de aliqua ex ſupradictis cauſis deq; animo & volũtate ſponſi, quæ eſt potiſsima pars inducẽdi cauſam rationabilẽ, vt à cõpulſione omnino abſtineatur, & hoc eſt firmiter aſerendum. Quidquid Gutie. de iuramen. confir. dixerit. 1. par. cap. 51. numer. 4. cum ſequenti. quia latas habenas iudicibus præbuit ad ſponſos compellendos qui tamen veluti aduocatus loquitur, qui pro ſua opinione patrocinium ſępè præſtiterat vt ipſe inquit.

Aduers' Gutie. ꝺ iuramẽ. confir.

7 *Jmò vellem quòd in admonitione facienda lites & iudiciorum ſtrepitus pœnitus ſuccidantur, Idq; iudicibus Eccleſiaſtici fori lubens conſulerem, ne forſan contingat, quòd ſpõſus lite moleſtatus, vel coactionis formidine matrimonio inuitus*

Sponſus abſque lite monendus.

uitus condeſcendat: & exinde oriantur difficiles exitus, adq; dāna omnia quæ ex inuitis & coactis nuptijs paſsim diſſeminantur. Ex quo ſecurius erit, illicò ſponſum ipſū vel ſponſam (ſi per illam ſteterit) monere, atq; vijs omnibus allicere & exhortari ad purificandum ſpōſalia, ſin aūt ſemel & iterum renuerint eos dimitti opportunū erit, nê matrimoniorū libertas infringatur quæ adeò debet eſſe libera, vt vltra ea quæ ſuperius ex Couarru. adduximus, ab omni eo quod poteſt preſtare impedimentum ad tempus, protegenda etiā ſit, vt elegāter concludit Pala. Rub. in repe. cap. per veſtras. 3. notab. §. 15. per totum. Unde ſententia in hac recondemnatoria nè dicam impedimentum ad tempus immò perpetuum præſtabit. ſiquidem verè & realiter ſponſus compellitur, qui cum re ipſa nullum habere ſubterfugiū intelligat inuitus forſan & coactus ducet vxorē, quod triſtes ſolet producere euētus. 8*

9 *Qua vtiq; admonitione abſq; vlla lite & coactione ſimiliter facta Naua. et aliorū ſentētia, ab omnibus indubitāter erit receptiſsima, iuriūq; & ſcribentium diſcordia circa monitionem coactionem*

ctionemuè faciendam facilè conciliabitur, atq; Conc. Trid. Canon Tam sponsalibus quàm matrimonijs per verba de præsenti contractis locum obtinebit, & damna omnia, litiumq́; matrimonialiũ molestiæ, finẽ pœnitus optatũ cõseqẽntur.

Quod nimirũ si in aliquibus Episcoporũ Prætorijs forẽsis praxis hucusq́; nõ recipit ex eò forsã
01 *erit, q̃a iudices eorumq; officiales ægrè ferunt, matrimoniales lites quibus Tribunalia plena erant post Conci. Trid. à foro esse exterminatas, ex quo adhuc aliquas (velut vndeuis) retinere contendunt. Veruntamen non ommittendũ est, quód in casu quem infra figuramus, eo. cap. num. 41. sponsus exactissimè compellendus venit, nec lis ibi vitari potest.*

Preterea non oberit dicere, quòd ex ista admonitione orietur Ecclesiasticũ interdictum ad contrahendum cum alia, quia supponit sponsalia præcessisse, & quòd in foro animæ sponsus astringitur sponsalitiam adimplere promissionẽ, vnde incautus videretur iudex qui facta ab eo admonitione concesserit licentiam nubendi alteri, quia esset nutritiua peccati. Et quòd quilibet

parro-

parrochus, vitandi peccati occasione, similem coniugium in fraudem sponsaliorum & monitionis factæ contemptum celebrare itidem fugiet, quo spõsus illaqueatus vndiq; reperietur.

Quibus obiectionibus facillimè respondemus, 11
& ex eo potissimùm, quia sponsalia de futuro ipso iure dissoluuntur per matrimonium verbis de præsenti contractum, quin necessarium sit iudicis Ecclesiastici auctoritatem interuenisse, vt Syluest. voluit in summa ver. sponsalia. q. 11. quẽ sequitur Nauar. in manua. cap. 22. nume. 28. & Couarr. in. 4. 1. p. cap. 5. num. 12. Id etiã probat. l. 8. tit. 1. p. 4. in fi. & si forsan parrochus timore peccati seu sprætæ monitionis matrimoniũ celebrare renuerit, iustè ad id compelli potest, absq; peccati reatu, & alicuius pœnæ incursione cum ipsemet sponsus vtatur iure suo alteram du- 12
cendo, nec venialiter peccet, iudicis Ecclesiastici licentiam non postulando, vt Syluest. & Nauar. docent vbi supra, licèt quatenus promissi transgressor extiterit, à peccato non excusatur, vt omnes communiter fatentur, quod eius conscientiæ relinquẽdũ est, forsan ex aliqua iuxta causa tutus erit.

Atq; minus dicere oberit, sub sponsalitia promissione sponsam esse ab sponso seductam, defloratamq; & deceptam remanere, quia id longè abest à nostro proposito, alia enim via experiundum est iuxta materiam tex. in cap. 1. & . 2. de adult. & stup.

13 *Sed qualiter quis in foro animæ compellẽdus est sponsalitiam adimplere promissionem, cum distinctione an fictè promiserit vel non, cum alijs distinctionibus circa modum promittendi, et contrahentium qualitates, vide latè per fra. Alfon. à Veracruce in suo coniugiorum Speculo. 3. par. arti. 19. per totum.*

14 *Præterea nec id ommittendum est, quòd quẽadmodum in matrimonio mutuus vtriusq; consensus interuenire debet ad eius validitatem, sic etiam in sponsalibus mutua vtriusq; promissio requiritur, aliàs enim alterius tantum nõ obligat in vim sponsaliorum, sed simplicis promissionis vt docet Soto in. 4. distin. 27. quæst. 2. art. 1. & Nauarr. in manuali. cap. 22. num. 22. Quod iudices summè attendere debent, quippe iam vidimus ex simplici vnius promissione quã plures lites in foro versari.*

Præ

*Præterea alia quæstio hoc loco examinanda
venit, quæ ad maiorem præcedentis resolutionis
enucleationem maximoperè conducere vide-
tur.*

*Nũquid qui verè alicui nubere promiserit, dũ
aliam ducere non destinauerit, possit ab ipsamet* 15
*sponsa ad contrahendum verbis de præsenti com
pelli? & videtur dicendum quòd non, quia pro-
missor non se tempore adstrinxit. At verò si in
ipsâ sponsalitia promissione tẽpus præfixum fue-* 16
*rit, expectandus vtiq; erit sponsus vsq; ad illud
tempus, quo transacto, mutuo amborum dissen-
su sponsalia dissolui videntur, quia tempus adij-
citur sponsalibus ad limitandam obligationem,
ita vt eo elapso obligatio perimatur, tex. est & ibi* 17
*doct. in cap. sicut de sponsa. Id etiam notant in
cap. de illis & cap. sicut ex literis eod. tit. & Co-
uarr. in. 4. 1. p. cap. 5. num. 8. Nullo autem in
sponsalibus termino præfixo, ex sententia Præpo.
in dict. c. sicut ex literis num. 6. & in dict. cap. de
illis numer. 5. potest iudex Ecclesiasticus (si pe-* 18
riculum fornicationis viderit imminere) ex of-

ficio partibus præcipere, vt infra præsignatum ab ipso terminum matrimonium verè contrahant, atq; sponsalia purificent, & post huius termini lapsum aliam ducere sponso licebit, & è contra, & ille per quem stetit puniẽdus venit, iuxta prædictum tex. in dict. cap. sicut.

19 Veruntamen ab hac Prepo. sententia Couar. discedit vbi supra dicto num. 8. in finalibus verbis dicens, quòd etiam termino elapso non liberatur spõsus ab obligatione adimplẽdi promissum, sponsaliaq; purificandi. Ex mea autem sententia ista Couarr. & Præpo. differentia conciliari vtiq; potest, ita vt transacto termino post sponsalia præfixo, liberetur sponsus ab obligatione promissi, quatenus cœlibatum seruet vel aliam ducere non contenderit, quia non se tempore astrinxit, at si alteri nubere destinauerit, iterum induci & moneri potest, vt sponsalia purificet promissumq; adimpleat, quod fieri potest absq; vlla lite & coactione, vt in præcedenti quæstione præmissimus. Vel pro concordia dici potest, quòd si terminus ex mero iudicis officio, vel ad instantiam vnius ex contrahentibus altero inuito, præfigatur,

Couarr. & Prep. differentia conciliatur ab Autho.

20

Alia conciliatio Autho. inter Couarr. & Prepo.

tur, eo transacto, obligatio adhuc vigeat si autẽ ex mutuo amborum consensu à iudice vel ab ipsis met sponsis terminus appositus fuerit ex tacito eorundem dissensu extingui videtur obligatio, ac si appositus fuisset à principio in spõsalitia promissione.

Rursus dubium illud celebre hìc explicandũ 21
venit, nunquid matrimonia clandestina contrahentes pœnis à iure aduersus eos inflictis affici possint post Conci. Trid. decretum? Et Ludouicus de Moli. vir quidẽ iure & experimẽto eminẽ 22
tissimus ac mihi obseruantissimus lib. 2. de Primog. Hisp. cap. 16. pro vtraq; parte hanc discutit quæstionem, & tandem motus doctrina Bar. in. l. quid ergo. §. cum autem factum. ff. de his qui not. inf. & in. l. non dubium, num. 20. C. de legi. concludit, quòd etiam si matrimonium inualidũ sit ex præcitato Concilij decreto, nihilominus pœnæ aduersus illud contrahentes seruandæ sunt. Quod fulciri etiam uidetur ex verbis eiusdem Conc. vbi præcipit sancta Synodus grauiter arbitrio ordinarij esse puniendos. igitur si postquàm Concil. Trid. constitutio matrimonia similiter

cōtracta irritauit processit ad imponendā pœnam, videtur eam esse exequendam, præsertim quia l.49. Tauri punire videtur factum etiam si de iure non sortiatur effectum dum dicit, por el mismo fecho.

23 Aduers' Molin. de primog. Hispa. *Verum enimuero licet de iuris rigore hæc opinio sustineri queat, re tamen ipsa longe melius cō siderata, contraria æquitati & rationi magis consentanea videtur, ac in praxi omnino seruanda, nam argumenta quæ ex Bart. eruditissimus*
24 *Moli. adducit parum vrgere videntur, quia dispositio pœnalis non habet locum quando contractus propter quem interponitur, est de iure nullus iux. tex. in. l. non dubium. C. de legibus. l. lapidem & l. fin. C. simanci. fue. alie. vel manu. & si ex actu nullo & inefficaci pœna deberetur, sequeretur inde inconueniens, nam lex quæ prohi-*
25 *bet actum fieri, deinde procedit imponendo pœnam facienti talem actum, si pœna exigatur actus remaneret validus, quia altero debemus esse contenti, aut pœna, aut anullatione actus iux. opin. Rapha. Cuman. aduersus Bart. ibi in l. Prætor ait ff. de ope. nō. nunt.*

nunt. quem sequitur Ias. ibi num. 11. Nec obe-runt verba dictæ. l. 49. ibi por el mismo fecho, Ex quibus videtur solummodo puniri factum, quia supponit l. illa matrimonij validitatem & non solum punire vult factum, sed etiam iuris effectum, præsertim quia quando pœna imponitur à lege ipso iure, non incurritur, ni- 26
si delictum fuerit consummatum & cum effectu factum cap. perpetuo, de elect. iunct. c. cum in cunctis eod. tit. adde Abb. cap. fin. de sponsa. num. 2.

Et minus quidem vrgent ipsius Concilij ver-ba, nam oportunum fuit, vt ad prædicti decreti exactam obseruationẽ apponerentur, nê à principio infringeretur tanquàm promulgatum aduersus id quod ante ex iure diuino & humano permissum videbatur. Præsertim quia non desunt qui affirment, quòd lex ab initio donec à subditis fuerit recepta minimè ligat, vt notat Guill. Bened. in cap. Raynutius verbo vxorem nomine Adelasiam nu. 231. per tex. in l. de quibus. ff. de legibus ibi, nam cùm ipsæ leges nulla ex alia causa nos

Verba Conci. Trid. declaratur

27

teneant

teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ sunt, & per tex. etiam in cap. in istis. §. leges. 4. dist. ibi firmantur cum moribus vtentium approbatur, quod etiam suadere videtur glo. in cap. 1. verbo frãgere in fi. de treg. & pace. Cuius meminit Ias. in. l. rem non nouam. C. de ind. num. 5. Maximè quia passim vidimus multa conciliorum de reformatione decreta debitæ exequutioni nusquam esse mandata & contraria sæpè consuetudine abrogata.

At quia hoc sanctissimũ decretũ à sui principio ab omnibus vbiq; lubẽs receptũ & admissum est, qui modo ipsius trãgressor extiterit nõ trãsgressioni quidẽ, sed simplicitati et ignorãtiæ incõ
28 *uincibili imputandum erit, secus autem esset si à principio aliqui hanc transgredi legem eniterentur, eo præsertim animo vt eius obseruationem fugerent, contendentes in matrimoniorum contractibus pristinum obseruare morem, aduersus quos quibusuis grauissimis pœnis procedendum esset, & Concilij verba diriguntur, non autem aduersus eos qui iustissima ignorantia ducti actũ fecerunt nullum, ex quo nulla exoriri damna*

comper-

compertißimum est, quæ olim ex clandestinis matrimonijs propter eorum validitatem oriebantur. Atq; nemo inficiari potest inconuincibilem hodie iuris & facti ignorantiam inter similiter contrahentes versari, quæ regulariter in damnis vitandis excusare videtur, l. iuris ignorantia, ff. de iur. & facti igno. & inspetie notat Dida. del Castillo in d. l. 49. Tau. in addi. ad glo. todos sus bienes ex Bart. & gl. in l. auunculo. ff. de cond. sine causa, & à peccato etiam similis ignorantia contrahentes excusat iuxta tradita per Alfon. à Veracruce in Spe. coniug. 1. par. art. 10. 2. concl. in fin.

Postremo id etiam ex eo corroborari videtur quia matrimonium absq; parrocho & testibus cõtractum, tam in foro conscientiæ quàm exteriori inualidum iudicatur, & vt pœnæ l. Taurinẽsis locum habeant, opportet vt iuxta Ecclesiæ traditionem, matrimonium (licèt clandestinum sit) validum tamen dijudicetur, quod ex verbis ipsius l. satis depræhenditur, ibi contraxere matrimonio, quela Yglesia tuuiere por clandestino. Ergo si Ecclesia in vtroq; foro hoc non esse matri 19

monium dijudicat, pœnæ aduersus taliter contrahentes haud imponi debent.

Sed non ommittendum est: quod si clandestinè contrahentes ommissa forma & solemnitate decreti Conci. Trid. forsan contenderint ratum esse matrimonium & eum consumauerint grauiori censura plectendos fore ipse putarem, quia vim sanctissimi Canonis auferre moliuntur, & pœnæ legales aduersus eos inflictæ exequentur omnino. Et hoc casu crederem intelligendam fore interprætationem Illustrissim. Cardinal. congrega. Conc. quam circa hoc edidisse dicũt.

Et etiam illos legalibus pœnis plectendos fore
30 *iudicarem, qui non præmissa trina monitione, vel non ommissa legitimè ex ordinarij licentia (seruatis etiam cæteris Concilij solemnitatibus) matrimonium contraxerunt, veluti si Parrochus (vt iam sepe vidimus) coniunctis seu amicis complacendi causa, spretisq; denũtiationibus aliquos coram legitimo numero testium matrimonio copulauerit, quia tale matrimonium clandestinũ dici potest, licèt validum fuerit. Tametsi Couar. in Epit. de Sponsa. 2. p. cap. 6. nu. 10. & Alfon.*

à Vera.

à Veracru. vbi supra conclu. 3. ver. considerandum, cum alijs multis quos ibi referunt aduersus Bart. in l. fi. ff. de ritu nup. dixerint, matrimonium celebratum à parrocho coram testibus, om missis alijs solemnitatibus, non dici clandestinum. 31

Aduersus quos licet contrarium sustineri potuisset ex tex. expresso in cap. cum inhibitio de clādesti. de spons. & ex l. 1. tit. 3. par. 4. adiuncta Bart. opinione in dict. l. fi. & alijs argumentis, quæ in eius comprobationem sese nobis offerebāt. Tamen propter tantorum virorum auctoritatem, id omittimus, & pro concordia dicendum videtur, eorum sententiam veram esse ante editionem Concil. Trident. quo tempore denuntiationes paruipendebantur, & ab usu vbiq; recesserant, nec mirum erat si earum omissio non induceret clandestinitatem in matrimonio contrahendo, vt Couar. cæteriq; Doct, testantur.

Post Conci. autem Trid. decretū, contrariā veriorē esse & in praxi seruandā affirmamus intrepidè, & crederem profectò grauioribus pœnis aliter contrahentes ipsumq; parrochum esse 32

coercendos, quia licet proclamata hæc non sunt de substantia matrimonij, vt omnes communiter fatentur, quos in sequenti. cap, referam tamẽ prædictum decretum inhærendo vestigijs dict. c. cum inhibitio ea tanquam indebite ommissa, & quasi iam abrogata innouauit & maximi habẽda esse censuit. Et hanc sententiam Nauarr. in manu. lat. cap. 22. num. 70. asseuerare videtur dum dicit, quod matrimonium sine denuntiationibus contractum valet, sed dicitur clandestinũ quo ad alios effectus quam annullationis, quia quo ad illos non videtur derogari iuri antiquo.

Vnde data in matrimonio clandestinitate, pœnæ legales aduersus contrahentes locum obtinebunt præsertim. l. 49. Tauri, dum dicit. Que contraxere matrimonio, que la Yglesia tuuiere por clandestino, quod sentire videtur Abb. in c. cum inhibitio de clandest. despon. nu. 9. dum dubitat an pœna illius tex. habeat locum vbi est cõsuetudo mittendi banna vel non.

Et ex eo hæc nostra fulcitur sentẽtia, quia matrimonia similiter contracta, vt experimẽto post ipsum Conciliũ docemur, inæqualia semper sunt longe

longèq; deteriora matrimonijs verè clandestinis quæ ante Conc. contrahi solebant, nam ex eis grauiora incommoda & peccata litesq; & inimicitiæ nunc oriuntur, quàm olim ex alijs contingere solebant, & sic spretis monitionibus, dolosè & magis clanculum fieri solent matrimonia. Nec parrochij in hisce casibus tantis se pœnarũ periculis exponere auderẽt, nisi valde illis expediret, ingensq; inter cõtrahẽtes daretur disparitas, quibus (vt ad id facilius inducãtur) solet ex parte contrahentium indemnitas offerri, qui quidem si leuibus pœnis plecterentur profecto finis à Concilio prætensus prorsus fraudaretur, & matrimonia clandestina vt antea celebrarentur.

Quod etiam corroborari videtur argumento cap. 5. ead. Sess. 24. Conc. vbi siquis contraxit matrimonium coram parrocho & testibus, spretis denuntiationibus, & postea impedimentum aliquod detegatur, propter quod matrimonium nullum & irritum diiudicetur, etiam si contrahentes huius impedimenti ignari extiterint, separari debent, & spe dispensationis carere, quæ pœna si benè vtiq; perpendatur grauior

est legali quacumq; pœna, quæ clandestinè contrahentibus imponi potest.

Unde in proposita spetie crederem parrochos
34 *suspendendos fore ab officio secerdotali per triennium iux. tex. in dict. cap. cum inhibitio & ibi cōmuniter doctores. Quæ suspensio & ad beneficiū etiam extēdi potest, vt not. Couar. in. 4. dict. cap. 6. 2. p. num. 13. & ista suspensio ex causa potest augeri aut minui, vt notat Prep. dict. cap. cum inhibitio nu. 11. & similiter ipsi contrahētes vnà cum testibus pœnis legalibus subijciūtur. Aduertendum tamen est, quòd si parrochus non data opera, sed ex ignorantia banna ommittat, nec matrimonium clanculum dolosevè fiat, sed bona fide credens banna præcessisse, iuxta ignorantiæ qualitatem leuiori pœna parrochus punietur, cōtrahentes autem cum testibus nequaquàm pœna aliqua afficientur, quod ex contractus qualitate ac personarum conditione facilè percipietur.*

Postremo ex his diffiniri etiam potest, filias filiosuè (spretis denuntiationibus) matrimoniū cōtrahentes à parentibus posse legitimè exhæreda-

ri

ri ex dispositione l. 1. tit. 1. l. 5. nouæ colecti. quæ alias erat. 49. T au. & in filiabus solummodo lo- quebatur. 35

Sed illud non prætermittendũ est Sot. in. 4. sen ten. dist. 29. q. 1. art. 4. & Alfon. à Veracru. in suo Spec. coniug. arti. fi. apẽdi. Errore lapsos fuis- se, dum asseuerant legem illã Taurinensem. 49. simpliciter esse intelligendã, quando filia sine pa- tris consensu matrimonium cõtraxerat, nam di- cta lex circa patris consensum nihil loquitur, imò patri solũmodo concedit posse exhæredare filiam, clandestinitatis ratione, non autẽ ex paterni cõ- sensus defectu contrahentem: qui consensus si fi- liæ matrimonio nõ accedat, non est sufficiens in- ducere clandestinitatem, cum eam minus cõsen- sus excludat, licèt Couar. in Epit. 2. p. c. 6. nu. 21. in fi. dicat, legem illam esse intelligendã, quando matrimonium clam contrahitur cum filia, abs- què parentum consensu, ex eo quia. l. accu- sationem huius delicti ipsis tantum parentibus defert.

36 Aduers. Sot. & Alfon, à Vuerac.

37

Quod ex mea sentẽtia quo ad exhæredationẽ obtinebit, quia si matrimonio clam à filia con- tracto

tracto paternus consensus accedat, accusationis actio solummodo per eum excluditur, non autem clandestinitatis vitium. Igitur non vtraq; quali
Aduers° Couatr. *tas ad intellectum illius legis requiritur, vt Couarr. Testatur, sed clandestinitatis solummodo, quia dissensus id solum efficit, vt filia clandestinè contrahens exhæredari queat, quia si consensus intersit id ipsum excludit, igitur cæteræ pœnæ illius l. per consensum vel dissensum patris non vtiq; tolluntur, præsertim quia l. Illa, quo ad om-*
38 *nia valida est & seruanda, non enim disponit super substãtialibus matrimoniorum, sed super accidentalibus, quod l. ciuilis potest optimè facere, vt tradit Bald. in l. omnem num. 11. cum seq. C. ad Tert. Quem Suar. sequitur in, l. 2. tit. de los casamientos num. 17. cum sequenti. Not. singulariter. Sot. in. 4. sent. dist. 25. q. 1. art. 5. & resoluit Greg. Lopez in l. 10. tit. 1. p. 4. Et ex eo etiam hoc fulcitur, quia lex ciuilis quatenùs non aduersatur canonicis decisionibus, & ab Ecclesia tolleratur potest super matrimonio disponere, vt eleganter resoluit Fortu. in tract. de vlti. fine illati. 14. num. 231. & est tex. in cap. 2. de spons.*

sponſ. impu. alijs etiam fundamentis id corroborat Couar. in 4. dict. cap. 6. num. 18. præſertim quia hodie non inuenitur correcta dicta l. T au. imo approbata per dictam l. 1. tit. 1. lib. 5. recopil. quæ ad filios etiam extenditur.

Rurſus in propoſita ſpetie huius decreti Cōc. Trid. ſæpè contingere ſolet, vt matrimonium inter aliquos contrahatur, ſeruatis omnibus huius decreti ſolemnitatibus, postea autem ex aliquo occulto impedimento, irritum & inualidum reperiatur: dubitatum ſæpê fuit, an ex ſola impedimẽti diſpenſatione cum copula ſubſequuta conualeſcere incipiat, abſq; alia ſolemnitate? Et Domin. Fran. Sarm. Selectarum lib. 6. cap. 17. in fin. Et Nauar. in manu. lati. cap. 22. num. 86. cũ alijs multis aſſeuerant, quòd non ſufficit ſola diſpenſatio Apoſtolica, quæ ſolũmodo operatur, vt abſq; illo impedimento matrimonium de nouo contrahi debeat coram parrocho & teſtibus, vt iam interpretatum eſſe vidimus ab Illuſtriſsim. Car. congrega. Conci. Trid. 39

Sed adhuc dubitari ſolet an ſufficiat quod ſublato impedimento per diſpenſationem vir & 40

vxor præstito nouo consensu inter se contrahant absq; Concilij solemnitatibus, cum omnes à princi pio præcesserint, & iure antiquo sufficiebat no-tus vtriusq; consensus vel præsumptus ex mutua cohabitatione vt omnes fatentur, nec requirebatur solemnitates repetere? Et asserendum videtur eas repetendas fore, quia post decretum Cõcilij præsentia parrochi & testium necessariò est adhibenda, alias matrimoniũ inualidatur, quod etiam propter impedimentũ fuit à principio nullum, & retrotractio fieri non potest ad id à quo incipere non potuit, quia extrema non sunt habilia nec firmatur tractu temporis, quod ab initio non valuit iuxta regulam iuris vulgatissimam.

Nec dicere oberit quod si scãdalũ vel aliquod notabile periculum inde sequi speratur, tolerandum est, vt absq; Concilij solemnitatibus inter se de nouo consentiant argumẽto tex in cap. quia circa de consang. & affi. & quod propter scandalum vitandum recedi potest à dispositione iuris cap. 2. de noui. operis nunti. notãt doct. in dict. cap. quia circa. Nam responderi potest, quia si ca-

si casus secreti sigillum exigat, poterit solus parrochus cum duobus vel tribus amicissimis cōtrahentium testibus sublato impedimento matrimonium celebrare, vel ex eius aut Episcopi licentia confessarius seu quilibet alius sacerdos id facere poterit, quibus sub censurarū pœna sigillum cōmendari potest, & siquidem impedimentum Romanæ Curiæ actoribus propalarunt ad impetrandum dispensationem, nimirùm si confessario & alijs duobus testibus id etiam propalare astringātur, vt legitimè fiat contractus: præsertim cum non sit de substantia, quòd testibus nec parrocho impedimētū propaletur: ex quo etiā exteri testes adhiberi possunt, qui nec contrahentes agnoscāt nec vllatenus valeant impedimentū suspicari.

Cæterum si alteri coniugum impedimentum manifestare minimè conueniat, callidè alter simulare poterit, quòd ab initio contractus consensum non habuit, vel alio modò cōiugem inducere, vt corā parrocho et testibus denuo cōsentiat: quod facilè fieri potest, quin aperiatur via ad hoc sanctissimum decretū defraudandum: præsertim cùm id fieri potest absq; præuijs denun-

tiationibus: quæ ex hac causa ab ipso parrocho omitti possunt, maximè cùm iam ab initio præcesserant, nec sint de essentia matrimonij, vt supra diximus: Et hec est tutior via & magis ordinaria & eligenda quidem. Quod etiam generaliter intelligendum est in alio quocunque impedimẽto annullante matrimonium, vbi dispensatio Apostolica adhuc non requiritur, quia non sufficiet contrahentium nouus consensus nisi solemniter contrahant seruata Concilij Triden. solemnitate.

Quod nobis asserendum firmiter videbatur, ni Felicis Recor. Pius. V. contrarium declarauerit, vt testatur Nauar. in manu. lati. cap. 22. num. 70. licèt in casu proposito postmodum videamus, vt in dispensationum rescriptis confessario committatur, vt imposita pœnitentia secretè & sine testibus de nouo matrimonium celebret propter scandalum vitandum. Vnde cum Sedes Apostolica possit dispensare, vt parrochi & testium solemnitas in quocunque matrimonij contractu non adhibeatur vt infra num. 45. docemus, & tamen in prædictis dispensationum rescriptis,

criptis, Parrochi vel alterius ſacerdotis preſentiam admittit, non viſa eſt velle vt inter ſe ſine parrocho & teſtibus contrahant: & ceſſante ſcãdalo, non vtiq; diſpenſaſſet circa ſolemnitatem teſtium dimouendam, in quo caſu ſcandali, contraria ſententia ſolummodo poſſet obtineri. Et tunc quidem, ſi via ordinaria matrimonium celebrari poteſt (his ſeruatis quæ ſupra adduximus) non eſt via aperienda ad defraudandum Concilij decretum.

Hinc autem nouum & ſingulare dubiũ examinandum venit à nemine vſquam excogitatũ & tamen contingibile, ſupponamus ergo, quòd duo in facie Eccleſiæ (ſeruata Concil. Trid. ſolẽnitate) matrimonium contraxerant, quorum alter ſeruus erat, alter verò liber ignarus tamen huius ſeruilis conditionis, poſtea autem hoc impedimento detecto, qui liber erat, nihilominus matrimonio denuo conſenſit, eumq; ambo non ſolũ mutuo conſenſu, verumetiam verbis, factis, & vita coniugali ratificarunt, & tanquam vir & vxor bona fide diu in matrimonio permanſerũt: poſtmodum autem nulliter contraxiſſe intelli-

gens, ab vxore diuertens, dixit aduersus matrimonium, allegãs, primum respectu impedimenti fuisse nullum, & similiter secundum, quia coram parrocho & testibus non fuit celebratum, iuxta formam & solemnitatem Concilij.

Quibus suppositis nunc quæritur, an altero cõiuge instãte qui diuertitur, posit à iudice Ecclesiastico compelli ad contrahendum de nouo? iuxta solemnitatem & formam Conc. Trid. & per supradicta videbatur nulla via posse compelli. At mihi longè melius rem hanc consideranti, contrarium visum est, & ex eo potissimum, quia dato quod vtrumq; matrimonium sit nullum,
4.1 *tamen iuris interpratatione transierunt in sponsalia de futuro, quia si non valet quod ago vt ago, valeat vt melius de iure valere potest, & facit in argum. tex. in cap. vni. §. 1. de spõsal. impu. in. 6. & l. 3. tit. 1. par. 4. Vbi Gregor. & doct. notant. Quod matrimonium nullum, ratione impubertatis transijt in sponsalia de futuro, idem notat Præposit. in cap. si. de sponsal. nu. 6. vbi etiam idem videtur sentire in matri-*

 monio

monio nullo ratione dementiæ, metus, vel conditionis non purificatæ, quod efficaciori quidem ratione in nostro casu debet procedere, vbi publicè & mutuo amborum consensu bis fuit matrimonium celebratum, & optimo iure sub contractu matrimonij etiam sponsaliorum conuentio comprahẽditur. Nã id quod fieri poterat sub eo, qđ fit includitur, & actus inualidus eo pacto quo fit, valet eo quo fieri poterat, vt pro intellectu dicti. §. Couar. adnotauit in 4. 1. p. nu. 3. Nec oberit dicere, quòd quando cõstat partes noluisse agere certũ actũ obligatorium, qui non valet vt agitur quod non resoluitur præter eorum intentionem in aliam obligationem quæ sit distincta ab ea quæ agebatur vt in. lege. 1. §. eum qui. ff. de constitu. pecu. capite. cum abbatia de offic. delegati. & quòd actus agentium non debet vltra eorum intentionem operari, siquidem intentio huiusmodi contrahentiũ ad ea quæ sunt præparatoria actus vallidi, iustissimè extendi potest, nec dici debet distincta obligatio, cum sit eadem respectu prætensi finis, atq; sponsalia de futuro sub contractus matrimo- 42

trimonij comprehenduntur iuxta tex. & glo. in l. oratio. ff. de sponsa. Nec oberunt aducta per Gutie. & alios quos allegat de iura. confir. 1. p. cap. 51. num. 26. quia loquitur circa matrimonium clandestinè contractum & contra mentẽ Sacri Conci. in quo contrahentium voluntas & alia multa desunt quæ in proposita versantur spetie.

Nec etiam obstabit dicere, quod post Concil. Trid. decretum etiam si post sponsalia de futuro, copula & mutua cohabitatio cum maritali affectione & expresso consensu subsequantur sponsalia non transeunt in verum matrimonium, quod concedimus. Tamẽ sponsalia non dissoluũ
43 *tur, imò qualificãtur. Igitur si sumus in terminis sponsaliorum, quid ni tanquam sponsus compellendus erit, vt sponsalia purificet iux. tex. in cap. ex literis. 2. de sponsa? Nec oberit dicere, qòud potius est monendus quam cogendus, vt latè cõclusimus in principio huius cap. Nam hæc sponsalia ex præcedentibus & subsequentibus sunt admodum qualificata, in quibus difficiles exitus nõ formidantur, & cessare videntur peccata perpetua,*

tua incommoda & inimicitiæ inter parentes, imo omnia hæc exoriuntur si non compellatur; nec dici potest, quod hic matrimonij libertas infringatur, cum iste liberè in facie Ecclesiæ contraxerat, & postmodum detecto impedimento liberum matrimonio præstiterat consensum, & matrimonialiter vixerat, nec credendum est ex iusta causa prolem vxoremq; deserere velle.

Quod etiam ex eo fulcitur, quia si quis vxoratus seduxit aliquam dicendo vxorem non habere, mortua vera vxore fœmina seducta si vellit potest eum inuitum sumere, & in pœnā fraudis compellitur seductor vt consentiat, vt notat Alfonsus à Veracruce in Spe. coniug. art. 19. a pen. conc. 5. & dicit quod hoc doct. omnes probāt, & iustius profectò hic compellendus erit cùm seductore deterior videatur deserendo vxorem tamdiu sibi nuptam, quam vti deceptam & defloratam nemo ducere vellet.

Sed nunc quæritur, an in casu præcedenti vel ex alia graui & vrgenti causa, Episcopus possit dispensare vt matrimonium absq; Parrocho & testibus contrahatur? & quo ad parrochum

ſatis notum eſt quòd poteſt diſpenſare, vt in eius locum alius ſacerdos ingrediatur, quod adhuc ipſe parrochus facere poteſt, vt apertè ex ipſo decreto Conci. conſtat.

44 *At verò ſine parrocho, (vel pro eo alio ſacerdote) & teſtibus minimè poterit, quia præſentia parrochi & teſtium eſt neceſſarium & ſubſtantiale præambulum, ad legitimandum conſenſum contrahere volentium, vt non aliter ex eo obligatio oriatur, nec conſenſus habilis ad cõtrahendum iudicetur, vt ex ipſius decreti verbis ſatis deprehenditur: nimirum ſi Epiſcopus etiam ex vrgenti cauſa neceſsitatis non poſsit diſpenſare, quia neceſsitatis caſus non poteſt ſupplere inhabilitatem materiæ ſacramenti, veluti in baptiſmo quod ex quacunq; vrgenti neceſsitate non poteſt fieri in alijs liquoribus præter aquam naturalem vt omnes doct. notant.*

Nec oberit dicere, quod Epiſcopus ex cauſa poteſt contra Concil. diſpenſare, vt doct. cõmuniter reſoluunt, in cap. at ſi clerici, §. de adulterijs de foro competenti & Roma. ſingul. 492. & Rebuff. in praxi benef. tit. de diſpenſ. ad plur.

plur. benef. numer. 51. & Dueñas reg. 247. Præsertim quando superior non potest de facile adiri, & periculum est in mora. Quia id locum habebit quando alia via quam per dispensationem actus non posset expediri. At verò in nostro casu sub secreti sigillo, coram parrocho alioue sacerdote & amicis testibus expediri potest, vt supra diximus, ergo non erit opus dispensatione? quod post ipsum Conci. decretum in praxi obseruare vidimus, quin nullus Episcopus ex quantumcunq; graui & vrgenti necessitate id concesserit.

Papa autem potest hanc concedere dispensationem, quia contra ius positiuum dispensare potest cap. proposuit, de concessi. præbenda. Et etiam contra Concilium generale eius de reformatione decreta omnino derogando, c. significasti de elect. & cōmunē appellat, Iacoba. de Cōci. lib. 5. art. 15. & iam sæpè in praxi vidimus, vt in dispensationibus Apostolicis, quæ clausæ & sigillatæ ad tollenda aliqua impedimenta conceduntur, committatur etiam loci ordinario vel alicui doctori, vt apertis literis Aposto 45

Papa cōtra concilium dispensare potest.

licis, post impositam pœnitentiam, & postquam alia quæ inibi continentur expedierit, matrimoniũ de nouo celebret, absq; parrocho & testibus, & illico eas litteras comburi faciat.

46 *Præterea huic loco operepretium est addere quis proprius parrochus censendus erit, vt matrimonio contrahendo interesse posit iuxta huius decreti formã? Et videtur quod Episcopus, quia in tota sua diocæsi ordinarius est, & similiter eius vicarius generalis, vt notissimi iuris est, & etiam in quolibet districtu Vicarius ad vniuersitatem causarum constitutus, si matrimonialium causarum cognitionem ab Episcopo delegatã habeat, quia hi delegati, vice ordinarij funguntur vt in. §. sequenti latè dicemus circa denuntiationum dispensationem numer. 4.*

Parroch⁹ quis proprius dicatur.

47 *Vltra hos autem vtriusq; coniugis Parrochus idoneus censendus erit, si diuersarum parrochiarum contrahentes parrochiani fuerint, quia cum vnus sine altero non posit hoc sacramentum suscipere, fit vt ratione connexitatis vterq; contrahens fiat vtriusq; Parrochi subditus, arg. cap. per tuas de arbit. & l. si communem. ff. com.*

Præd.

Præd. Quod praxis quotidiana docet, præsertim in exteris matrimonio coniugendis, quia iam spõsa adire destinauit locum sponsi, iamq; sponsus vbi sponsa inhabitat inter conciues autem sponsæ Parrochus hoc sanctum solet celebrare sacramentum.

Quocirca aduertendum etiam est, quod licẽ 48
cia ordinarij vel parrochi, quæ alteri sacerdoti cõcedi solet ad celebrandum matrimonium debet esse expressa, & non tacita expermissione, vt resoluit Menoch. de arbitr. lib. 2. casu. 453. nu. 14. & Alfon. à Veracru. in Specu. coniu. in apen. 5. dubi. 7. concl.

Præterea autem si tempore contractus extra suæ parrochiæ territoriũ extiterint, nullus alius parrochus poterit eos coniugere, quia propter hoc non efficiuntur parrochiani illius parrochiæ, nisi animo illic commorandi se trãstulerint, iux. tex. & quæ ibi doct. notant in cap. fi. de parro. & ali. parro. & l. non vtiq; & l. domicilium, iunct. l. fi. §. pen. ff. ad Municip.

Proprius autem cuiuslibet contrahentis Par 49
rochus potest extra territorium, absq; licentia al-

 terius

terius parrochi vel ordinarij suos parrochianos liberè coniugere, quemadmodum & alia quæ ad voluntariam iurisdictionem & non contentiosam spectant exercere potest, vt in l. 2. ff. de off. Proconsl. l. emãcipati de adop. gl. in cap. nouit de off. deleg. not. Præpo. in cap. in aliquo. 51. dist. Et quemadmodũ quilibet parrochus extra suũ territorium parrochianos confiteri volentes audire potest & eos absoluere vt tradit Hostien. in summa de peni. & rem. §. cui confitendum, verbo sed nunquid & Card. in clem. dudum. §. extra num. 7. de sepult. ita & hos tanquã suos par rochianos coniugere valet.

50 *At verò si matrimonium inter duos alienigenas contrahendum venit, qui tamen sunt cogniti quod non sunt de compræhensis inter vagabũdos, proprius eorum parrochus esse intelligitur in cuius parrochia contrahentes habitant tempore quo matrimonium contrahitur, vt ab Illustr. Cardina. congregati. Conc. declaratum est.*

Hinc autem oritur dubium, nunquid Archiepiscopis vel alius sacerdos de eius licencia poterit suffraganeorum subditos in specie huius

ius decreti coniugere? & videtur quod possit, quia habet totius prouinciæ ordinariam iurisdictionem, per tex. & gl. sing. in c. per singulas. 9. quæst. 3. similis glo. est in cap. 1. 3. quæst. 6. tradit Bert. in tract. de Episcopo in prælud. num. 12. Proinde cúm ex hoc decreto ordinarij auctoritas sólummodo requiratur, & Archiepiscopus eam obtineat in tota prouincia nō videtur ei deneganda potestas.

Verumenimuero re ipsa longè melius ac diligentiùs considerata, contrarium asserendum est. Quia dato quod habeat ordinariam iurisdictionem totius prouinciæ non tamen eam habet in singulas personas prouinciæ, sed in certis casibus, de quibus in cap. Pastoralis, de off. ordi. Vbi glo. & doct. vel habet eam impeditam & ligatam vt tenet glo. in d. cap. Pastoralis, vel habet habitum iurisdictionis, non tamen exercitium in actu, nisi per viam appellationis. Cap. Romana. §. fi. de for. compet. in. 6. cap. venerabilibus de sent. excommu. eod. lib. Ad verò si super facto matrimonij corā Archiepiscopo per appellationem agatur, in executionem suæ sen-

tentiæ

tentiæ id facere poterit, quia est casus exceptus, in quo iam non habet iurisdictionē impeditam, seu ligatam aut inhabitu tantum, sed exequi potest suam sententiam, vel alteri committere vt eam exequatur, vt resoluit Maran. in Specu. aduocatorum p. 6. ar. 3. num. 5.

51 *Præterea quæritur, si in proposita huius decreti spetie, parrochus & testes coacti vel decepti cōiugio interfuerūt: eisdēq; præsentibus & cōtradicentibus, vir & fœmina per verba ad id apta matrimonium contraxerunt, an ratum sit & validum? & videtur dicendum quod sic. Quia præsentia parrochi non requiritur tāquam pars substantialis sacramenti, sed tanquam necessarium præambulum, ad legitimandum consensum contrahere volentium, vt ita fiat congrua materia Sacramenti, tanquam causa necessaria sine qua nō, qui si vidit & intellectu percepit id quod agebatur sufficere videtur, argu. tex. in cap. præsentium vers. interrogatoria de testibus in. 6. & in l. 1. C. de err. aduocat.*

Nec obstabit dicere quod simul cum præsen-
52 *tia teneatur proferre verba illa decreti. Ego vos*

coniu-

coniugo, vt exinde inducatur forma & minister huius Sacramenti, vt aliqui asserere voluerunt post ipsius Conci. promulgationem, ad conciliandam controuersiam doctorum quorum aliqui affirmant, quod consensus vnius ex contrahentibus primò prolatus efficiat materiam, secundus verò formã, vt Ricar. in. 4. voluit dist. 26. q. 2. art. 4. & Victo. in sum. de Sacra. matrimo. num. 245. Aliqui verò & verius dicant, vtriusq; consensum esse sibi inuicem materiam & formam, cum perfectio vnius ab alio dependeat, vt docet Sot. in. 4. dist. 1. q. 1. art. 6. & dist. 26. q. 2. art. 1. Ita vt quemadmodũ in quolibet Sacramento tria requiruntur, materia, forma, & minister, sic fiat post ipsum Conci. in Sacramento matrimonij, vt verba illa pro forma deseruiant, & parrochus loco ministri.

Sed contrarium dicendum videtur, quia verba illa non sunt de substantia huius Sacramenti, nec parrochus eius minister est, vt optimè probãt tho. in. 4. dist. 1. q. 1. art. 3. & post eũ Sot. ibi, dist. 26. q. 2. art. 3. & Ugo. lib. 2. de sacra. p. 2. cap. 5. & ante Concilij decretum hoc erat notissimum,

& post eius promulgationem id etiam affirmandum est, quia verba illa deseruiunt ibi, ad approbationem coniunctionis, vel benedictionem seu pro instructione sacerdotum, & si aliud Conci. voluisset expressisset vtiq;, vt in alijs Sacramentis expresserat, argu. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus cau. et l. 3. ff. de off. Praes. & cap. ad audientiam de deci. nec in re adeò ardua & defficili confusé transiret, sed claris & apertis verbis id exponeret, deniq; sola parrochi & testium praesentia requiritur in quolibet matrimonio contrahendo, quin de essentia contractus, opus sit, vt verba illa proferantur.

Praeterea minus etiam dicere oberit, quod si parrochus & testes in matrimonijs contrahendis decepti atq; coacti intersint, eorum praesentia nihil operabitur, exindeq; matrimonium erit inualidum, quia testis tribus modis potest interresse negotijs, volens, nolens, & ex accidenti. primum pertinet ad testes rogatos, qui in causis matrimonialibus non requiruntur vt sint rogati, iuxta glos. in cap. nostrates. 30. q. 5. not. Aretin. consil. 14. & Decius consil.

169.

169. quam dicit communem Soci. Reg. 505. Quidquid glosa dicat in cap. testes, verbo audierint. 3. quæst. 9. quam sequitur Barba. consi. 45. nu. 3. volu. 1. Nam prior magis cõsentanea est rationi, & in praxi post Concil. seruatur, nec rogituum requirit sed solam testium præsentiam.

Secundum pertinet ad causas in quibus non requiritur rogituus, vbi si testes coacti & inuiti, & per capillos (vt aiunt) contractui matrimonij intersint, cum præsentia intellectuali adhuc idonei sunt, nec per hoc contractus annullatur, quia vis non est illata dictis, sed personis, vt eleganter not. Bald. in. l. si quando inuitos num. 3. C. de testibus, & multò fortius erit si casu & ex accidenti interfuerunt. 54

Idemq; dicendum videtur de parrocho cuius cõsensus vel intentio in contractu matrimonij (cum huius sacramenti non sit minister) nihil operabitur, solum eius præsentia desideratur ad approbationem contractus, tanquã causa sine qua non, non tamen ad essentiam Sacramenti, vt supradiximus, & quemadmo 55

 dum

*dum vellit nollit compelli potest à iudice parro-
chianorum matrimonia celebrare & corporali
præsentia approbare & autoriZare, ita etiam erit
si aliquo quæsito colore decipiatur, vt matrimo-
nijs contrahendis etiam inuitus accedat.*

*Quod ex eo corroborari videtur, quia si iu-
dex tanquàm persona publica ad iudicãdum de-
putatus sit, si tamen iudicare compellatur, ac inui
56 tus & coactus sententiam ferat, nihilominus va
let, dummodo sic iudicare non compellatur glo.
in cap. quatuor. 11. q. 3. notat Bart. in l. 1. C. de
sent. ex breu. recitan. & Bald. in. d. l. non solum
§. necessitate num. 7.*

*Sed vtiq; hoc quod de parrocho coacto & no-
lente dicimus maximoperè perpendendum est, ne
detur aditus ad defraudandum hoc sanctissimũ
decretum, quia ex hoc contrahendi modo, adhuc
incommoda & pericula omnia quæ ex clandesti-
nis coniugijs ante Concil. oriebantur, nunc oriri
possent, nam facilè parrochus decipi potest, cum ip
si contrahentes, quouis tempore ipsum aduocare
possunt, simulando aliquem famulum esse domi.
infirmum, vel propè mortem: cuius rei occasione
neces-*

necessariò adire tenetur, & velit nolit, possent eo præsente matrimonium contrahere per verba ad id apta (adhibitis duobus vel tribus testibus amicis vel coniunctis, qui in matrimonijs clandestinis ante Conci. nunquã defuerunt, vt quo ad Ecclesiam validarẽtur) vel publicè in Ecclesia aut in via publica coram eodem parrocho, & astantibus testibus sine præuijs denuntiationibus possent ita contrahere, quod ridiculum videretur & indecreti Sacri Concilij vilipendium ac omnimodam destructionẽ, idemq; coram iudice ordinario facere elaborabunt.

Atq; id in de deterius contingere potest quòd ipsi parrochi (data opera & spretis denuntiationibus) lubens contractui adessent, & postmodũ ad effugiendam pœnam possent facilè simulare coactionem, & fingere fuisse deceptos, præsertim si coniugendi amicitia vel cognatione sint illis coniuncti.

Praetereaq; parrochus præsens adesse debet matrimonijs contrahendis, non veluti testes intersunt, sed tanquàm persona publica, approbans & auctorizans coniunctionis contractum, & qui 57

nolens & coactus accedit, malè quidem auctoritatem & approbationem præstabit, præsertim
58 *quia in iure nostro abesse vel adesse & nolle consentiri æquiparantur, vt notat Bald. in. l. cũ nõ solum. §. necessitatenum. 5. C. de bonis quæ lib. Quod intrepidè tenendum esse asserebamus: at verò quia postmodum cõtrarium declaratum fuisse audiuimus ab illustr. Cardi. Congre. Concil. Trid. cogitandum relinquimus. Dum aduertendum sit quòd si matrimonium in hoc casu validum dijudicetur clandestinum tamen quoad alios effectus quam annullationis reputabitur. vt supra tradidimus eo. c. num. 30.*

Rursus pro complemento huius materiæ, non
59 *est omittendum. An testes ab hoc decreto requisiti possint esse fœminæ, aut consanguinei, vel alij testes non idonei, & videtur dicendum quòd si agimus de probanda veritate matrimonij, veluti si alter in iudicio contractum negauerit; tunc recurrendum est ad dispositionem iuris canonici vbi multa circa validitatẽ testium in causa matrimoniali disposita inueniuntur.*

Vnum tamen post Concilij decretum considerandũ

rãdũ est circa hoc, quod probitas & habilitas superabundans parrochi, multum operabitur ad supplendam inhabilitatem testium iuxta tex. & tradita ibi per doct. in l. siquis ex argentarijs. §. cogentur ff. de ædendo. not. Bar. cõs. 91. num. 4. vol. 3. adde Mari. Soci. cons. 61. num. 19. vol. 2. adeò vt pater pro filio possit testificari propter comitantiam alterius testis valdè legalis, firmat Valle. cons. 7. num. 24.

Veruntamẽ si agimus de solẽnitate matrimõnij & validitate probãda ex defectu testium habiliũ credere qualescunq; hi sint, idoneos esse iudicandos, quia ex contrahentiũ consensu adhibiti sunt, nec ob id repelli possunt, præsertim cum in libro parrochi iuxta formã traditam in hoc decreto Concilij describantur ad comprobationem cõiugij cũ opus fuerit, quemadmodum in contractibus in scriptis celebratis admittũtur testes instrumentarij inhabiles & minus idonei, quia ab ipsis cõtrahentibus fides eorũ videtur approbata, iux. glo. in auct. de testibus. §. & licèt, vers. simplices quam sequitur Ias. in. l. 1. §. fi. nu. 9. de verb. obl. Soci. reg. 506. & Bal. in l. parẽtes. C. de testibus. 60

Sum

Summaria ex Cap. sequenti.

1 *Matrimonium non inualidatur propter denuntiationum omissionem, quia non sunt de essentia legitimi coniugij.*

2 *Ordinarius est iudex competens ad dimittendas differendasuê denuntiationes, quando periculum est in mora.*

3 *Vicarius generalis Episcopi, ordinarius appellatur, & ex eius licentia banna dimitti possunt contra Menoch. & Conc. pro Tolet.*

4 *Iudex delegatus ad vniuersitatem causarum vice ordinarij fungitur, & ex eius etiam auctoritate prædictæ denuntiationes omitti possunt.*

5 *Solus parrochus potest aliquando licitê omittere prædictas denuntiationes.*

6 *Episcopus potest ante consummationem matrimonij denuntiationes remittere, & si nō sit suspicio malitiæ.*

7 *Inæqualitas inter contrahentes, ratione ætatis, conditionis & diuitiarum, est causa legitima proclamata omittendi.*

8 *Item quando matrimonium inter magnates contrahēdum venit.*

9 *Timor parentum non est causa sufficiens ad inducen-*

dum

dum malitiæ impedimentum vt denuntiationes omittantur aduersus Palludanum.

10 *Malitia supponit calumniam, nec in patre cõuenit erga filium.*

11 *Secus si malitia ex aliqua iuxta causa manifestè constiterit.*

12 *Item nisi filij sint maiores 25. annis, quia sibi iam videtur bene consulere.*

13 *Item nisi cum æquali vel maiori contrahere velint, & omnibus casibus in quibus clandestinè cõtrahẽdo mortale peccatum nõ incurrebatur.*

14 *Item quando filij sub potestate sunt nouercali.*

15 *Iusta etiam causa proclamata ommittẽdi est, quãdo diu habiti sunt pro cõiugibus, nec cõtrahere audent propter verecundiam, cõtrarium tamen asserẽdum post Cõcil. Tridẽt. decretum ibi.*

16 *Item quãdo virgo sub tutela est iniqui tutoris, ac suspicatur eam esse traditurum viro ignobili aut indigno.*

17 *Item quãdo vir fœminam stuprauit, & damnum amissæ virginitatis ei nubendo reparare intendit.*

18 *Cognitio summaria præmittẽda est, circa probabilem suspitionem malitiæ.*

19 *Abusus probãdi huius malitiæ impedimẽtum reprahẽditur, traditurq; vera norma illud probandi.*

20 *Banna fieri debẽt in vtraq; cõtrahentium parrochia.*

21 *Denũtiationes fieri debent tribus diebus festiuis non*

immediate se inuicem sequentibus, sed per aliquot dierum interualla.

22 *Item quando vna tantum fit (dimissis duabus) nō ilico matrimonium celebrandum est.*

23 *Denuntiationum tempora iudex potest ex causa prorrogare.*

24 *Norma à iudicibus seruanda quando ab aliquo opponitur bannitam fœminam fidem sibi de contrahendo dedisse, eāq; in loco tuto deponi ac eius voluntatem exquiri postulat.*

25 *Bannis in Ecclesia propositis, si deferatur impedimentum habet parrochus iurisdictionem licêt non cōtentiosam matrimonium interdicendi.*

26 *Norma procedendi accurate traditur circa matrimoniorum impedimenta quæ proclamatum tempore opponuntur.*

De vera proclamatum siue denuntiationum praxi, post Concil. Triden. decretum de reformatione mamatrimonij accuratè agitur. Cap. 16.

(❦)

Cum

CUm in præcedēti capite de vera matrimoniorū praxi post Cōc. Trid. decretū abūdè egerimus, reliquum est, vt incidēter agamus, de proclamatū siue denuntiationū materia quæ nō minus forensi praxi necessaria est ac hisce præsertim tēporibus opportuna. Et imprimis supponēdum est prædicta denūtiationes nusquā fuisse de substantia matrimonij, nec etiā hodie post Conc. Tri. constitutionē, ita vt his vtcūq; ommissis si matrimoniū cæteris Cōci. solēnitatibus cōtrahatur validū existimetur vt docet D. Fran. Sarm. selectarum li. 1. c. 6. nu. 7. & Nauar. in manu. lati. c. 22. nu. 70. licèt Menoch. in efficacibus argumētis cōtrariū sustinere cōtēdat cōs. 69. nu. 71. Ex declaratione aūt Illustr. Car. cōgre. Con. Tri. interpretatū vidimus nō esse de essentia legitimi cōiugij. 1

Illud autem dubitari solet, quis sit iudex competens ad dimittendas differendasuè prædictas denuntiationes, quando periculum est in mora nubendi, & matrimoniū malitiosè impediri posse suspicatur, si tot præcesserint denūtiationes, & ex ipsius Con. Tri. decreto videtur quod ordinarius id expedire valeat.

Sed dubitari adhuc solet quis ibi dicetur ordinarius, an ipsemet Episcopus, an eius Vicarius generalis, an etiã alij inferiores ab ipso delegati? & crederem profectò, omnes hi appellatione ordinarij comprahendi posse, præsertim si causarum matrimonialium cognitionem ab ipsomet Episcopo delegatam habuerint, quia si de causa principali cognoscere possunt, nimirum si de accessaria & praambula diiudicare itidem valeant, per Regulã iuris vulgatissimã. Cui licet quod est plus &c. & qa si alicui causa aliqua cõmittitur cõmittũtur et omnia ea quæ cõsecutiua sunt ad finẽ causæ, c. Præterea, et c. ex literis de off. deleg. Præsertim quia in multis Sacri Conci. locis ordinario multa comittuntur, quæ ipsi delegati iudices & Vicarij generales (vt antea) expedire solent absq; spetiali commissione prælati, & in ipsomet decreto Conci. non ne ordinarij sunt? vt de ipsorum licentia alius sacerdos matrimonium celebrare queat, sicuti de parrochij licẽtia quin adeũdus sit Episcopus?

Aduers' Concilij Prouin. Tolet.

Ex quo miror profectò, quare tot, tãq; Illustrissimi patres qui anno præterito. 1583. in Concilio

lio prouinciali Toletano conuenerunt, inquadã decisione, quæ nondũ Typis excussa ad nostras manus deuenit statuerint, ex solius Episcopi, nõ 3
autem Vicarij etiam generalis auctoritate has publicas denuntiationes omitti seu differri posse: quasi vicarius generalis non sit idem Tribunal & idem consistorium cum Episcopo? vt habetur in cap. Romana de appella. in. 6. & quasi ordinarij appellatione non comprahenderetur? vt per glo. & doct. in cap. 2. de consuet. in. 6. & cap. licet, de offi. vicarij eod. lib. adde glo. in cap. perlectis. 25. dist. Quod etiam doct. not. in clem. 2. de rescrip. & Spec. tit. de offi. ordi. §. 1. & nouissime tradit Lancelo Conr. in templo iudi. li. 2. cap. 6. §. 1. nu. 11. nemoq; ab hac sententia discedit. Et vicarius ea posse videtur quæ potest ipse Episcopus, vt scribentes notant in cap. 2. de offi. Vica. Rota decis. vlti. tit. de offi. vica. in nouis. Capel. Tolos. q. 148. vbi Aufred.

Imo iudex delegatus ad vniuersitatem causarum vice ordinarij etiam fungitur glo. expresa in cap. statutum. §. insuper de rescrip. in. 6. & ibi notant communiter doct. idem Lancello vbi su-

pra addens num. 15. Quod iura loquentia de factis vel faciendis per Episcopum, verificantur etiam si fiant per eius vicarium vel eius delegatũ, quando sunt talia quæ cadunt in mandato. Ex cuius etiam auctoritate prædicta proclamata dimitti posse compertissimum est quidquid præsules optimi in prædicto Conci. prouin. statuerint, & quidquid Henrri. dixerit dict. cap. cum inhibitio. § super eo ex Io. in summa confes. tit. de matr. q. 59. quia loquitur de credulitate & absq; ratione & lege aliqua & Card. & Prepo. ibi vidẽtur asserere contrarium cum hic non agatur de dispensatione iuris, sed de interprætetione, nã ex causa potest iudex tempus denuntiationum breuiare vel prolongare, præsertim si iudex sit competens ad cognoscendum de causis matrimonialibus, nec obstant adducta in contrarium per Menoch. dict. consi. 69. num. 55. quem ni fallor Domini Præsules in præcitato Conc. Tolet. sequuti sunt.

Quod etiam ex sequentibus magis dilucidari videtur, & ex eo potissimùm, quia præter id quod vicarius Episcopi, ordinarius etiam appellatur,

latur, si matrimoniũ malitissè impediri præsumitur, vel (vt sæpè euenit) clarè suspicatur, idq́ quã citiùs propter periculum quod est in mora obuiãdũ est? si hoc forsan contingat extra locũ vbi cõmoratur Eps, quomodo adeundus erit, quin detur tẽporis interuallũ, quo libere malitia hominũ exequatur, & millies matrimonia impediantur? præsertim in locis longê distantibus à capite diocæseos, vel loco vbi Episcopus residet, qui etiã non debet moueri ad id concedendum ex sola partium relatione, nam cognitio sumaria premittenda est vt infra docetur eo. cap. nu. 17. & vt probabilis sit suspicio malitiæ testium examen committere debet iudici delegato illius territorij seu districtus vbi contrahentes habitant, vt postmodum causa cognita dimitti iubeat denuntiationes vel non, quas præcessisse satius esset ipsis contrahentibus quam id expectare siquidem finis in concilio pretensus magis hac via fraudatur quã si omnes precesserint denuntiationes.

Præsertim q̃a dari potest casus imminẽtis periculi in quo nec ipse delegatus iudex adiri debeat, quinimo ipse Eps: veluti si constitutus in mortis

articulo cum cõcubina contrahere desiderat, antequàm ab humanis discedat, vt proles suscepta legitima efficiatur, & potiori iure bona parentũ ac generis forsan nobilitatem consequatur: quo casu omitti omnino debent prædictæ denuntiationis, vt tradit Domi. Fran. Sarmiento, selectarũ lib. 1. cap. 6. num. 7. Et Rojas in epit. succes. cap. 15. Tuncq; si mors adeò instat, vt iudex adiri
5 *nequeat, ex solius parrochi auctoritate omitti possunt, & etiam in alijs casibus instantis periculi id fieri debet si Episcopi vel ordinarij copia haberi non potest, veluti in casu proposito infra num. 23. & in cap. preceden. nu. 40. versi. cæterum, quod videtur asserere Alfon. à Veracru. in Spe. prim. par. art. 10. Conc. 3. tradit Sot. in. 4. dist. 28. q. 1. art. 2.*

Et licèt aliqui affirmare voluerunt, quod stãte iusta suspitionis causa, solus Parrochus absq; Episcopo poterat denuntiationes ante matrimonium prætermittere, & quòd Episcopi licentia solummodo requiratur, quando ante matrimoniũ & post eum contractum omnino prætermitti debeant, forensis praxis contrarium recepit, nec vsquam

quam

quã vidimus vt omittantur omnino, ſed q facto matrimonio fiãt ante benedictionẽ nuptialẽ. Licèt declaratum eſt, ab Illuſt. Card. congr. Con. vt Eps poſsit ante conſumationẽ matrimonij denũtiationes remittere & ſi non ſit ſuſpicio malitiæ ex aliqua tamen cauſa id fieri debet, vt in dicta declaratione cõtinetur. Vlterius autem quis obſecro melius inquiret huius rei veritatẽ, ac malitiæ impedimentum verius dijudicabit, iudex illius loci qui teſtium & matrimonio malitiosè obuiantium ac contrahentium conditionem nouit, an Eps exterus & abſens, qui iſta prorſus ignorat? Sed aduertendũ eſt, quod ſi copia Epi cõmodè haberi poteſt, ipſe potius adeundus eſt.

Nec dicere oberit, quòd multa inæqualia matreminia, maximè inter filios magnatum hucuſq; celebrata vidimus propter denuntiationũ diſpẽſationem ab inferioribus iudicibus factam, quæ ſi Epi auctoritate fieret, nõ vtiq; celebrata fuiſſent, parũ enim vrget iſta obiectio, quia nouum nõ eſt in mundo ſimilia celebrari matrimonia, nec iure canonico prohibita reperiuntur, Imò ex hac inæqualitate oppoſitum ſumitur argumentum, nã

disparitas inter contrahentes ratione ætatis, con-
6 *ditionis, & diuitiarum, est causa legitima vt præ dicta proclamata omittantur, vt pulchrè ad notauit Paluda. in. 4. sent. dist. 28. q. 2. art. 3. conclu. 3. vbi sex causas recenset ad dispensandum circa has denuntiationes. Quarũ prima ea est, veluti, si valde nobilis ducit ignobilem. Secunda quando diues pauperem. Tertia quãdo senex iuuenẽ, quem refert & sequitur Sot. ibi quæst. 1. ar. 2. & Henri. de Bo. in tract. de Synodo Epi 3. p. ar. 1. nu. 158. & Henrr. Boic. in c. cũ inhibitio. §. super eo de clandest. despo. adde Naua. in man. lat. c. 22. n. 7. nota. 5. nemoq; ab hac opinione disentit. Igitur contrahẽtium inæqualitas prouinciali constitutioni condendæ causam præsta*
7 *re non debuit. Tres autem Paluda reliquas causas discutere opportet, vt denuntiationum materiam prosequamur. Quarta est quando matrimonium inter magnates contrahendũ venit, qua iusta videtur, nam quicumq; illustrissimi adeò noti sunt, vt nullum inter ipsos impedimentum ex cogitari valeat, quod omnibus non sit manifestum, maximè quia inter ipsos diu matri-*

monia

monia hinc inde tractari ſolent, & ſi aliqua ſunt impedimenta facilè deteguntur, quin ad ea propalanda opus ſit denuntiationibus. Sed crederem poſt Concilium Trident. hanc cauſam non eſſe admittendam, niſi vbi verſatur maliciæ ſuſpicio ad impediendum matrimonium.

Quinta autem diſpenſandi cauſa, quam Palud. adducit ea eſt, veluti qui contrahere volunt timent parentes, ſed timor parentum non eſt cauſa ſufficiens ad inducendum malitiæ impedimentum, etiam ſi verum ſit quòd parentes matrimonio non aſſentiuntur. Non enim præſumi debet ex malicia parentes filiorũ matrimonia impedire velle, vt ſatis abundè Menoch. reſoluit. dict. cõſ. 69. nu. 15. vſq; ad nu. 54. & ex eo potiſsimũ, quia pater non dicitur impedire filio bonum matrimonij cum alteram de patris conſilio ſuæ conditioni parem ducere poterit, et relicta alterũ virũ æqualẽ, atq; omnẽ conatũ parẽtes adhibere ſolẽt, vt filij æqualibus nubant, nã paritas in matrimonio plurimi habenda eſt, vt ſatis eruditè And. Tyraq. docet 8

de legi.connub.l.5.nec malitia, quæ dolum & ca
9 *lũniã supponit iuxta glo. in dicto c. cum inhibi-*
tio in fi. in patre conuenit, qui iure suo vtitur &
nemini facit iniuriã, dũ consilium filio præbet ne
contrahat cũ indigna, atq; suasionibus & exhor
tationibus iuste poterit filium impedire ne aliquã
in vxorẽ ducat, vt idem Menoch. probat vbi su-
pra nu. 41. Quidquid incõtrarium referat qui
dã nomine Albornoz in tracta. quem de arte de
los contractos nuper edidit, in quo vẽtos de tesau
ris suis produxit & veniens in altitudinem ma-
10 *ris tempestas demersit eum. Quod vtiq; sequen-*
tibus casibus (ex mea sentẽtia) fallere videtur.
Primo si malitia ex aliqua iuxta causa manife
stè appareat.

Secundo quando filij sunt maiores viginti
11 *quinq; annis, quia ea ætate sibi videntur benè cõ-*
sulere, & pater in mora constitutus esse videtur
nõ tradẽdo filiã matrimonio, iuxto l.5.ti.7.p.6.
12 *Tertio quãdo æquali vel maiori nubere volũt*
quia his casibus non possunt à parentibus exhære
dari ex dispositione l.49.T au. vt doct. ibi natãt,
& consequenter in omnibus casibus quibus clan-

destinè contrahendo nõ peccãt mortaliter, quos refert Alfon. à Veracr. in art. 20. apẽdi. 3. cõclu. pag. 655. & Burg. de Paz consi. 20. num. 7.

Quarto fallit quando miserabiles filij sub potestate nouercali positi sunt, quia inde qualibet potest præsumi malitia, maximè si ex hæreditate materna facti sunt diuites, quia nè matrimonio contrahendo parentes bonorũ fructus amittant, qualibet obijcient malitiosa impedimenta: præsertim quia propter iniuriam quæ fit filijs primi matrimonij per transitũ ad secundas nuptias, parẽtes amittunt bonorũ proprietatẽ, quæ illis prouenerat ex successione filiorum illius matrimonij, quã fratribus vtrinq; coniũctis reseruare tenẽtur iuxta dispositionẽ l. 15. Tau. ex quo eos odio habẽt. 13

Sexta aũt causa est, quando diu habiti fuerũt pro coniugibus, & contrahere nõ audent propter verecundiã, quæ etiã repellenda videtur, nã nullũ ibi versari potest impedimẽtum malitiæ iuxta Cõc. decretũ. Quibus & alias duas causas super addere libuit, Prima est, quãdo virgo sub tutela iniqui tutoris constituta est, & eã traditurũ esse suspicatur viro ignobili aut indigno, quia tũc 14 15

ante Conci. clandestinè & absq; peccato contrahere poterat, ita Caie. 2. tho. opuscul. q. 2. de vsu matri. notat Henri. in cap. fin. insi. de spons. Ex quo probabilis suspicio maliciæ oritur, vt prædictæ denuntiationes omittantur. Secunda est
16 *quando vir fœminam deflorauit, & damnum amissæ virginitatis ei nubendo reparare intendit, quia periculum est in mora, si matrimoniũ denuntiationibus differatur.*

Ex quibus deniq; causis prædicta probabilis
17 *suspicio maliciæ oriri potest, vt denuntiationũ dispensatio fieri valeat, quæ vtiq; cum causæ cognitione saltim summaria fieri oportebit, quia dispensatio est iuris communis relaxatio cum causæ cognitione iuxta glo. sing. in cap. requisitis. §. nisi rigor. 11. q. 7. notat Panor. in c. cum in cunctis de elect. & in cap. at si clerici. §. de adulteriis num. 6. de iudi. nec potest Episcopus, aut Vicarius ex aliqua latenti causa sibi tantum cognita denuntiationes remittere, absq; causæ cognitione, quia arbitrium ex prædicto decreto Conci. ordinario collatum non est absolutum, vt pro suo libito ita agere posse dicat, nec sufficit pro ratione*

tione voluntas, sed est arbitriũ ordinatũ & regulatum iuxta maliciæ probabilitatem.

Sed nõ omittẽdũ est, q̃ Eps potest ob temporis vicinitatẽ quo prohibitæ sunt nuptiæ remittere aliquas denuntiationes secundum eius prudentiã & iudiciũ: nõ potest tamẽ iubere vt fiat diebus ferialib⁹, vt ab illust. Car. cõg. Con. declaratũ est.

Veruntamen his præhabitis operepreciũ est abusum fori Ecclesiastici improbare, circa maliciosi impedimenti probabilem suspicionem, nam testium examen falsò fieri solet, dum testes simpliciter deponunt subesse impedimentum maliciæ, quia audierunt vel viderunt aliquos contrahentium coniunctos, siue ipsorum parentes dissentiri siue matrimonio contradicere, quia nullo vsquam matrimoniorum contractu defuere contradictores, seu quibus matrimonium contrahendum protinus displiceat, atq; eo ventum est iã hominum malicia, vt aliquando prædicti coniũcti vel amici (data opera) coram testibus matrimonio cõtradicere fingant, & minas ficte aduersus cõtrahentes inferant, vt inde testes sumpta occasione, de malicioso impedimento & contra- 18

dictione

dictione teſtificentur. Quod abſurdum vt vitari valeat, hanc probandi normã ipſe traderem & ſeruandam conſulerem, videlicet, vt teſtibus ſic deponentibus nulla pœnitus adhibeatur fides, niſi malitiæ impedimẽta originẽ duxerint, ab aliqua prædictarum cauſarũ vel ſimiliũ, ita vt teſtiũ depoſitiones reſtringantur ad illarũ aliquã, veluti ſi teſtificati fuerint, impedimentũ malitiæ ſubeſſe, quia parentes ipſi, vel coniũcti aliæuè perſonæ contradicunt propter diſparitatem quæ genere diuitijs aut ætate inter cõtrahẽtes verſatur vel quia tutor pupillæ iniquus eſt, & matrimonio nõ aſſentitur, quia eã alio viro ignobili vel indigno tradere intendit, & ſic de ſimilibus cauſis quas ſupra referimus.

Præterea non omittendum duximus, quod inter alienigenas exacta inquiſitio fieri oportet, nè contrahantur illicita matrimonia in grrdu prohibito vel ab eo qui aliam habet vxorẽ, iuxta tradita per Abb. in dict. c. cum inhibitio nu. 7. Secus verò ſi ea ætate in locum contractus aduenerant qua de iure contrahere minimè poterãt, quia parrochi ſolius auctoritate nuptui tradentur quin

ordi-

ordinarius sit adeundus.

Rursus prædicta proclamata fieri debent in vtriusq; parrochijs vbi magis versati sũt et prin 19
cipaliorem habent larem, & vbi verisimiliter creditur aliqua posse impedimenta subesse. Quod vtiq; sic declaratum est ab Illustr. Car. cõgre. Cõc.

Deinceps aduertendum est quòd prædictæ denuntiationes fieri debent tribus diebus festiuis,
non immediatè se inuicem sequentibus, sed per a 20
liquot dierum interualla, vt finis in eis prætensus consequatur, quod tanquam iuri consentaneum statutum fuit in Cõcilijs prouincialibus Magũ. c. 38. & Colonien. c. 32. quæ in. 4. tho. Conc. reperies. At vero si vna tantum fieri debeat (dimis-
sis duabus) non incontinènti matrimonium cele 21
brandum est, (vt iam sepè vidimus,) sed per aliquod temporis interuallum expectandũ est, aliàs esset nullius momenti illa denũtiatio, quod videtur comprobari ex eo, quia iudex potest denũtiationum tempus ex causa prorrogare vt docet idẽ Pre. in dict. cap. cum inhibitio nu. 7. circa finem, & hic continuus festiuitatum concursus absq; fe
riarum legitimo interuallo, est iustissima causa 22

prorrogandi terminum. Quod in vnaquaq; dio cæsi Synodali constitutione statuẽdum esset, quia hoc à iudice in vnoquoq; matrimonio prouideri non potest; cum factis à parrocho denuntiationibus, vt plurimùm absq; iudice matrimonia celebrantur.

Postremò autem omnes Ecclesiæ iudices maximopere admonendos esse cupimus, vt si propositis in Ecclesia bannis aliquis coram eis comparuerit, dixeritq; bannitam fœminam sibi nubendi fidem dedisse, in eademq; voluntate adhuc persistere, nisi quia parentes eam inuitam coactamq; alio viro tradere intendunt, petijtq; ipsius voluntatem ab eis exquiri vel in aliquo tuto loco deponi, vbi liberè voluntatem suã exponere valeat quia non debent facilitate moueri ad id exequendum, prius autem parrocho vel confessario aliouè honesto aut fideli viro sub secreti sigillo committãt, vt sumpta occasione aliqua, fœminã alloquatur & perscrutetur an id verum sit, cuiq; illorũ nubere mallit? quæ si id totum negauerit & combannito viro nubere desiderat, (vt frequentius contingere solet,) nubat in domino, quin ista impedimen-

dimento sint, nisi incontinenti sponsalitiæ promissionis hic vir offerat probationem, quia si id testibus comprobauerit, iudex procedet iuxta ea quæ supra tradidimus in initio capit. præceden.

At verò si fœmina huic nubere velle concesserit, renueritq; cum viro combannito nisi coactè contrahere, cumprimũ parrochus cõfessariusuè id iudici renuntiauerint, domum ipsius fœminæ adeat, inuocato ad id (si opus fuerit) brachij sæcularis auxilio, eamq; inde extrahat, & in loco honesto & tutori neminiq; suspecto deponat, cuius ingressum omnibus hinc inde coniunctis sub grauibus pœnis & Ecclesiæ censuris interdicat, posteaq; voluntate liberè explorata eam in matrimonium eo viro tradat, cui ipsa maluerit, quin denuntiationes prosequantur, cũ hæc sit iustissima causa eas omittendi vt supra diximus nu. 5. In quo iudicis prudentia & naturalis discretio maximè desideratur, vt secundum negotij qualitatem & personarum conditionem id cautiùs disponere valeat, vt lites rixæ & contentiones aliaq; incommoda, quæ in his casi-

bus inter vtrinq; coniunctos exoriri solet pœnitus vitentur, sunt enim hæc negotia, non minus periculosa quã ardua, & in sui dispositione difficillima, maximè si iudex inconsultò moueatur, puellæ domum adire, absq; Parrochi vel confessarij præuentione: quia parentes, eorumq; coniuncti et amici iure scãdalizantur valdèq; irascũtur, præsertim si contingat id puellam negare, ex quo illi infamia irrogatur et parẽtibus iniuria, iudexq; illusus remanere solet.

Rursus vt Colophonem apponamus, superest aduertendum, quòd si (propositis in Ecclesia bannis) aliqua coram parrocho deferantur impedimenta: debet statim banna suspendere ac matrimoniũ ipsum interdicere, quia hoc casu sicut habet
24 *iurisdictionem licèt non contentiosam citandi per edictum, eodem modo habet iurisdictionẽ interdicendi matrimonium, vt docet Præpo. in dict. c. cum inhibitio nu. 7. licèt aliquando expediat, ad finem comprobandi illud vel aliud impedimentum, vt denuntiationes prosequantur à parrocho, quibus factis, & matrimonio interdicto, iudici qui de causa cognoscere potest denun-*

tia-

tiabit, vt de prædictis impedimẽtis cognoscatur. At si iudex inuenerit impedimentũ esse falsum, ac calũniosè propositum eius falsum delatorẽ arbitrio suo punire poterit, vt glo. docet in dict. c. cũ inhibitio. §. sanè de clandest. despon. quã sequitur Anchar. ibi nu. 13. & Menoch. de arbit. iud. li. 2. casu. 453. num. 3. & aposti. ad dictam glo. dicit ad interesse condemnandũ esse.

Vnde illum profectò crederem ad interesse etiam condemnandum, qui (propositis in Ecclesia bannis) sine iuxta causa à contrahendo secessit, quia iniuriã & graue dãnum alteri fecisse videtur, vt circa spõsum qui nõ adimpleuit promissũ Alfo. à Veracr. docet in Specu. 1. par. ar. 16. in prin. quo circa vi. Frã. Mar, deci. 522. nu. 3. & Dida. Perez in. l. 1. ti. 1. li. 5. fori. fol. 42. Quod interesse nisi fallor simile erit illi, quod mulieri propter stuprũ debetur; vt coæqualẽ virũ sibi inueniat ac si virginitatẽ nõ amisisset, nã inficiari nõ potest, q̃ quælibet fœmina similiter relicta honoris aliquid nõ perdiderit, tũ propter hominũ iniquas suspiciões, tũ quia multi fugiũt ducere quas aliĳ ita repudiarunt.

Unde etiam admonendi veniunt cuncti parrochiarum Rectores vt predictas denuntiationes facere asuescant de expresso consensu contrahere volentium, ne forsan contingat vt alter tanquã huius rei incius (propositis iam in Ecclesia bãnis) à contrahẽdo discedat vel fingat nusquam in id cõsensum præstitisse (quod sepè iam vidimus) ex quo possent multa exoriri damna culpa Rectorum plectenda.

Præterea sepius contingere solet, vt qui matrimonium impedire cupiunt, falsa pœnitus deferãt impedimẽta vt matrimonio & denũtiationibus à iudice interdictis detur temporis interuallum, quo liberè alijsq́; de causis matrimonium impediatur, ab idq́; iudex cautus esse debet vt ipsum delatorem impedimenta iurare faciat, quo circa statur iuramento denuntiantis vt Cardi. & Præpos. docent in dict. cap. cum inhibitio per tex. in cap. præterea el. 2. despons. Sin autem iurare noluerit ex eo calumniosè impedimenta detulisse præsumitur vt predicti doct. in dict. cap. fatentur, ex quo denuntiationes prosequi in Ecclesia possunt, & matrimonium legitimè celebrari.

Verun-

Veruntamen si delator impedimenta iurauerit intra breue terminum ea probare tenetur, aliàs si in probatione defecerit, calumniari præsumitur, iuxta glo. communiter receptam in c. fin. de calum. & latè supra probamus ead. par. cap. 2. num. 8. Aduertendum tamen est, quod iurato impedimento, iudex debet illico matrimoniũ bannaq; interdicere, aliàs enim punitur vt idem Præpo. in d. cap. cum inhibitio num. 8. docet, nisi statim malitiosè oppositum fuisse constiterit per opponentis confessionem vel alio legitimo modo, quia interdictum relaxabitur, vt banna prosequantur & matrimonium illico celebretur.

Cæterum (æditis in Ecclesia bannis) aliqui non tanquàm delatores, sed veluti testes accedunt, & suam exonerantes conscientiam, cõtrahere volentes esse sanguine coniunctos deponunt, vel aliud explicant impedimentum, qui vtiq; admittendi sunt, nec ex eo quòd se offerunt ad testificandum tanquàm suspecti repelli debent, vt notat Bart. in l. post legatum §. his verò. ff. de his quibus vt indign. & Bald. in authen. sed nouo iure, C. si cert. pet.

& Abb.

& Abb. in c. in presentia de accus. Quia quãdo agimus de peccato vitãdo testis q se offert ad testificãdũ admittẽdus est, et idone⁹ reputatur tx. est in c. præterea el. 2. despons. notat Feli. in c. 2. eod. ti. & Hyp. sing. 140. Nec etiã puniendi sunt licèt prædictũ impedimẽtũ amplius nõ verificetur & etiã si cõtrahere volẽtes cõtrariũ probauerint nisi calũniosè ad impediẽdũ matrimoniũ deposuisse cõstiterit, quo circa seruanda sunt quæ supra tradidimus. At verò si de fama publica consanguinitatis aliqua grauis persona deponere cõtingat, interdicẽdũ est matrimoniũ donec sũmariè et sine strepitu iuditij de impedimẽto cognoscatur, iux. tex. & gl. in c. cũ in tua despõsa. vbi Abb. Præpo. & cæteri doct. docẽt & Menoch. de arbi. lib. 2. casu 243. q etiã in casu. 454. in hac spetie duo singularia adnotauit. Primũ quòd sit in arbitrio iudicis dijudicare, quæ sit grauis psona, vt ei fides adhibẽda sit, secũdo quod etiã erit in arbitrio iudicãtis, ad diluendã famã illã admittere iuramẽtum contrahere volẽtium. Cætera autẽ circa istã materiã, vide per doct. in dic. cum inhibitio & in cap. cum in tua, despons.

INDEX COPIOSISSIMUS PER ORDINEM ALPHABETICUM EORUM OMNIUM QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR.

A.

‡ *Accu-*

Banna

Calumnia.

C.

Censu-

Corri-

De-

Episco-

H.

iu-

Iu-

Ioannes

lum

Mo-

Ne-

O

Parro-

iura

Quando

S

In

Spor-

SEGVRA
Director
Iudicum


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm